

K
480.
M 32

Fabriole, Bpt.
q Rennes fe, 1067-11

MARBO =

DEI GALLI POETAE VE-
tustissimi de lapidibus pretiosis Encheri-
dion, cum scholijs Pictorij Vil-
lingensis.

EIVSDEM PICTORII DE
lapide molari carmen.

Lectori.

Qui cupis emundit germarum scire medullas,
Huc uenias, totum continet iste liber:
Qui decies senis capitellis nomina dicit,
Et species, patrias, quid ualeantq; simul.

[Fabriole, cum Brugensis]

ANNO M. D.

XXXI.

D. V DAL RICO VVIR TNER
patritio & senatorij ordinis primati integerria
mo, artiumq; optimarum magistro celebri, Pi-
ctorius apud nobile Brisacogee Fribur-
gum scholasticæ iuuentutis mode-
rator. S. dicit.

VENIT N V P E R A D M A N V S
nostras (integerime uir) Marbodei Galli de
lapidibus pretiosis Enchiridion, antiquita-
tis gemma quedam, hactenus paucis admodum obuia,
presertim cum tam diu in librorun nostri alicuius amici
singularis puluerulenta delituissest supellectile, sed cum
ex nois ueritate uelut illectamento, tum etia ex uerbo-
rum lenocinio minime infelicis et ad phrasim certe fru-
galissimi Poetæ tangerer, libuit scholijs ex authorun poe-
nu adnotatis huc musis utcunq; iuuantibus ad uberior-
em intellectun illustrare, illustratum in publicun ædere:
non tame nisi tutore quem pupillis addere consentaneun
est adhibito, ad omnem uidelicet impetuofum calunia-
toris flatum instructum. Diu aute mihi cogitanti quem
huic pxiuinciæ uirum admittere consultum foret et tu-
tum, hinc te qui ex grauitate cōsulari, tum ab inuidorū
criticorun erugine & rubigine illas mei ingenij primi-
tias tueri potes, tum quia animum synceritate uirtutis
babes & ad eiusmodi studia promptum, cæteris ante-
posui.

posui. Et quum hactenus me incredibili fueris benevolentia prosequutus, muralrum mearum te capio patronum & dominum, cuius sit liber, cuiusque Pictorijs manusculum, ut si quando a tuis continuis consulatus administrationalibus uacaueris, animum ualeas relaxare. Duo tamen sunt que in hoc manusculo nostro peruelim et opto protuua humanitate perpendas. Alterum autoris huius Marbodei Galli dignitas mirifica, & celebranda carminis facilitas. Alterum animi mei propensio & uoluntas optima, quae p officio haberi par est, ad id omne perficiendum quod gratum acceptumque tibi existimem futurum. His assequutis Caristij Calicratis superasse facultates haud magnificam. Valeto ac Pictorijs tui clientuli immemor sis nunquam. Datu Friburgi anno uirginei partus sesquimillesimo tricesimo.

PICTORIVS LECTORI CAN-
DIDO S. D.

HAbes hic (candide Lector) in Marbodei Galli
Poetæ uetustissimi encheridion annotationes à
nobis triuiali admodū stilo congestas, præser-
tim cum plus interpretationi quām uerborū elegantiae
hic studuerimus, ad omnia frē authorū rationibus ada-
unctis, Plinium sequuti, qui ingenue fatetur ubiq; per
quos sua composuerit, tacite innuens eum improbe fa-
cere qui in alieno libro per se ingeniosus esse stuleat.
Veniam igitur dabis candide lector, si quid usquam hic
peccatum sit, rabiem furibundā in nos cohibiturus,

PROOEMIVM.

VEtustum sane institutū, ut poetā interpretatus
rus illius noīs et uitæ mentionem faciat. Deinde
libri titulū, carminis qualitatē, librorū numerū
et poetæ intentionem enarret. Poetæ igitur nōmen est
Marbodus Gallus, Nam sic nostri exemplaris initium
habuit. At de uita illius multa scribere ambiguū est, qā
uel propter matrem in eo contentam, vel temporum
uetus

3

uetustatem, neglectus ita latuit, ut uix tandem in nostri seculi commodum prodierit, tametsi non dubito cum à doctissimis ad limam rectiorem esse politum, etiam nostris temporibus. Quoniam illius poetæ uersus crebro apud Vincentium in speculo naturali, & apud Bartholome. Anglicū lib. 10. citato s inuenio. Non tamen bene admodum sonantes, & ad poeticas regulas emendatos, ut hijs sunt : Qui quidem Encheridion hoc lapidarium sæpiuscule appellant. Cui cordi est uerū perscrutari, tale speculū lib. 9. ferè singulis capitibus euoluat, & in multis Anglicū, qui ut suas rerum proprietates autoritate roboret, frequenter citat hoc manuale.

Libello nomen Encheridion quod pugionē aut manus uariam tabellam, teste A. Gellio lib. 20. uocant, inditū reperi.

Carminis qualitas est, nō grandiloqua neq; sublimis. Nam de lapidibus scripsisse humili genere, uniformi, & puro heroico satis esse quis inficias iret?

Vnicus est liber poetæ animum & benevolentiam in amicos referens, quem tribus ut multis cōmunicaturum se ostendit in præfatione sua, propter frugem & commodū, quæ omnia ex hoc Encheridio uenari licet. Quoniam multos in se contentos habet lapides, quibus si rite utaris, facile omnigenis morborū generibus medebere. Reliqua ex scholijs nostris collgas.

ENCHIRIDI-

ON MARBODEI GALLI DE
lapidibus pretiosis.

PREAEFATIO.



NVLVS VT GEM-
mā digitis aptandus haberet,
Dicitur in primis fecisse Promo-
theus usum,
Caucaseæ rupis quem lucida fra-
gmina ferro
Inclusisse ferunt, ditoq; reces-

pta tulisse.

Aetas posterior iunxit speciosa metalla,
Et lapides claros, adiecit & insuper artem,
Insuetamq; manum triplici uestiuit honore.
Sed fraus intactum quia nil humana relinquit,
Invia naturam dum scilicet ars imitatur,
Veras à falsis labor est discernere gemmas,
Callida quas dederit uitro simulare doloso,
Dum ueram species mentitur adultera formam,
Inde fit ut uirtus gemmarum nulla putetur,
Ignaros quoties tentata probatio fallit.
Sed uerae species fuerint si rite sacratæ,
Effectus miri procul ambiguo conitantur.

Gemmis

Gemmis à Gummi nomen posuere priores,
 Quod transplenderent gummi splendentis adinstar.
 Quæ non translucent cæcas uoluere uocari.
 Nomine sed lapidum speciès signantur utræq;,
 Propter quod lapidum titulo liber iste uocatur.

Fecisse Prometheus) Consentit huic inuentioni non
 admodum Plin.lib.33.cap.1. & in procemio lib.37.ut po Glossa.
 te cui fabulosa uideatur. Nam quod Prometheus anulum
 ferreum ascribant, magis uinculum quam gestamen or-
 natus in dito esse asserit. At cur uinculu intelligi uelit
 Plinius, apertissime patet ex Luciano, qui Prometheus
 uinculis quibusdam fortissimis Caucaso adligatum fuisse
 effinxit

Anulus) Super anulis nempe, qd phisicus, æstiuus,
 leuis, pronubus, lege Ludouic. Cœlum antiq.lect. lib.
 3. cap. 26. qui eam rem non ineligeranter tractauit.

Digitis aptandus) Anulum in dito, qui minimo ui-
 cinus est, quem medicinalem uocant, gestari debere, ex
 autoribus cognoscitur. Constat enim neruum ab eo uno
 dito ad cor hominis pergere ac peruenire, ut ita non
 inscitum receptum uideri possit eum potissimum tali ho-
 nore decorandum, qui continens & quasi cōnexus esse
 cum principatu cordis uideatur. Lege Macrob.lib.7.
 cap.13. Satur. A. Gell.lib.10. cap. 10.

Promotheus) Promothci in caucaso mōte religati me

MARBO DEVS DE

nit Quint. Curtius rerum gestarum Alex. Mag. lib. 5;
Quid aut Caucasus Strabo Geogra. lib. 11. dicit. Et quæ
notæ sunt eiusmodi historiæ, prætereundas censuimus.

Speciosa metalla) Scribunt quidam q. antiquitus aut
homicid.e aut adulterantes simiam circuferre quoquo
irent, sint coacti, hac tamen lege, ut simiæ anum is q cri
mē patrasset ad os suum haberet. At quia id probri ex-
cessum plus æquo uehementem præferebat, statuerint
ut simiæ loco à ceruice pendentis, anulum ferreū in di
gito haberet flagitijs symbolum. Quod quidem Roma
nis nobilibus cum pulchrum uideretur, & magis hone
stum q dedecoris, aureos fecerunt, pessima uitæ sce
lera (si Plin. credendū) quibus post usi sunt ad nostra se
cula. Habet tamen apud Plin. multa alia. Hæc saltē ap
posuimus enarraturi quæ metalla post ferrum etas po
sterior adiecerit anulo.

Et claros lapides) Gemmæ olim anulis inclusæ in ef
figies uarias per sculptores formabantur signandi gra
tia. Quemadmodum D. Augustus initio imperij Spin
ges signauit, mox Alex. Magni imagine, nouissime sua,
ut referunt Plin. lib. 37. cap. 1. & Suet. in uita Augusti.

Nihil tamen uetat quod lapides aliquando non arte,
sed natura(rerum magistra) in effigies formatos inue
niamus. Talem Pyrrhus habuit, qui contra Romanos
bellum gescit. Vide Plin. lib. 37. cap. 1. & Vincentium in
speculo nat. lib. 9. Tit. 35. ubi consimiles sunt adscripti,

& d regē

LAPIDIB. PRETIOSIS.

Ex rege quodam Persarū in templo Apollinis signati. Habes quoq; grauē adeo testem Albert. de mineral. lib. 1. tract. 2. cap. 8.

Artem adiecit) Dioscorides sculptor in gemmarū artificio optimus, D. Augusto gemmam signatoriam fecit multa arte adhibita. Necnō Samius Theodorus Pollicrati Samiorum regis maragdum suum uel sardonicum, ut Plinius & Vincentius lib. 9. Tit. 11.

Tripli honore) Metallo, lapide, & arte.

Sed fraus intact.) In herbis quidem est mediatrix operatio naturæ (ut est in libro de natura rerum) uide licet q; per hanc aut calidæ aut frigidæ sint. Sed in lapidibus est uirtus adeo perfecta, ut sine ullo medio tanum à Deo uenire credatur. At fraudulentia intantū est nostra ætas, ut nihil (licet à Deo uim habeat suam) intactum, uel ut Plinius .14. ait, intentatum permittatur. Vnde non minus recte q; eleganter idem Plin. dixit li. 7. cap. 28. Plurimū refert in quæ cuiusq; rei uirtus tem pora inciderit.

In uida ars) Alchumiam aut Calchomiam innuit, quibus Magones astuta & ingeniosa solertia in uendendis gemmis hominibus imponunt, ut deceptorias vel adulteratas, aut quas ficticias vocant, loco uerarum nō sine magnolucro (quia nō est fraus uite lucrosior gemmis, teste Plin. lib. 37. cap. 12.) exponant: Nempe cū lapis minoris pretij accipit formam alterius maioris, vt

MARBODEVS DE

cū perforant Ametistū & implet furtiuo colore: Vel cum ex Cristallo smaragdum faciunt, unde uera à falsis discernendi magna difficultas innata, inquit idem Plinius in præfato libro.

Tentata prob.) Experimēta quatuor modis cōstare inuenio, Primū pondere, nam artificiales lapides sunt plerūq; leues, naturales, pōderosi. Smaragdū excipias. Secundū, omnes cognoscendi naturales non accipiunt limam, nisi smaragdus et Topazion. Tertiū, lapis natura formatus quo magis inspicias, eo magis delectat & pascit oculos, sed non satiat. Quartū, ignis est gnomon & certissimus index. A dulterati enim per hūc uel consumuntur uel maculas accipiunt peregrinas, cum ueri euadant illæsi, excepto Chrysolectro. Sed cui hæc non satis sunt legat Plinium lib. 37. cap. 13. Et speculum naturale lib. 9. Titulo. 33.

Rite sacratæ) Sacratæ pro ueneratæ positum est, nam adeo uenerationem suam expetūt, ut Diadochos (qñ Plin. credius) si mortuo applicatur uim omnē amittit, Hephestites, nisi hominis sinistrum latus ubi cor est occupet, desinit esse quod est. Smaragdū regem quendā Vngariæ in anulo coitus hora cum uxore sua habuisse constat, sed lapidem propter impatientiam non seruatae castitatis in tres partes diuisum, scribit Alber. lib. 2. mineral. cap. 17. Et Siluaticus Pandecta. cap. 472.

Gēmis à gū.) Huc testē adducendū habeo Isido. li. 16.

Catholica

CATHOLICA PROBANDARVM

gemmarum ex Plin.lib.37.cap.12. & .13.

Cauæ aut extuberantes uiliores uidetur æqualibus.
 Figura oblonga maxime probatur. Deinde quæ uocata=
 tur lenticula. Postea clypeidos & rotunda. Angulosis
 minima est gratia. Translucentes auctores matutino
 probari censem. Aut si necesse est in quartam horam,
 postea uerant.

LAPIDIBVS INESSE VIRES,

Evax rex Arabum fertur scripsisse Neroni,
 Qui post Augustum regnauit in orbe secundus,
 Quot species lapidis, quæ nomia, quiue colores,
 Quaq; sit his regio, uel quanta potentia cuiq;.
 Hoc opus excerptens dignum componere duxi,
 Aptum gestanii formâ breuiore libellum,
 Qui mihi præcipue paucis pateret amicis.
 Nam maiestatem minuit, qui mystica uulgat,
 Nec secreta manent quorum fit conscientia turba.
 Hunc tribus ut mulier dandum sancimus amicis,
 Qui numerus sacr est, & nos sacra pandimus illis,
 Qui secreta Dei sruanda decenter honorent,
 Quos grauitas morum, uix commendat honestas.
 Oculias etenim lapidum cognoscere uires,
 Quorum causa latens effectus dat manifestos,
 Egregium quiddam uolumus rarumq; uideri.

Scilicet

MARBODEVS DE

Scilicet hinc solers medicorum cura iuuatur
Auxilio lapidum morbos expellere docta.

Nec minus inde dari cunctarum comoda rerum
Authores perhibent quibus haec perspecta fruntur.
Nec dubium cuiquam debet falsumq; uideri,
Quis sua sit gemmis diuinitus insita uirtus.

Glossa. Euax rex Arabū.) Euax rex Arabum, cuius Albertus cum multis locis tū de mineralibus lib. 2. tract. 3. meminit Caio Tib. Neroni priuigno Augusti lapidarium adscripsit, à Siluatico Pandecta. frequenter citatū:
Paucis amicis) Nullus sibi tantum natus est, sed orsus nostri partem sibi uendicat patria, ptem parentes, partem amici cæteri, ut præclare scriptum est à Platōe ad Architam. Marbodeus igitur ne sibi tantum natus uideatur, & priuati commodi impendio studiosus (libet uti uerbis Erasmi) noluit intus canere (quod dicitur) sed scriptum librum presentim de re admodum pretiosa suis amicis communicare.

Maiestatem minuit) Qui ore ianitoris egenti, uitio nature, quo quis loco, quauis de re, & apud quosuis, præter dignitatem quiduis effutit, maiestatem minuit, asinusq; portans mysteria dicitur, unde non minus uere quam eleganter scripsit Eras. Archana nō cōmittimus nisi selectis amicis, somnia uero narramus quibuslibet. Chrisippus argumento uincit eliminatorem archanarū impiu esse, scribens, q; mysteria pphanis dicit impius est.

Hierophante

LAPIDIBVS PRETIOSIS.

Hierophanta prophanis illa dicit, ergo impius est Hierophanta. Hæc Suidas. Maiestatem) Quid maiestas sit, uide Ciceronem lib. 2. de oratore.

Nec secreta manent) Hinc Metellus senex nec tantum credere uoluit rem sui consilij, quippe interrogatus qd facturus, Respondit, si tunicā hanc mei archani conscientiam arbitrarer, euestigio exutus eam concremarem, ut scribit L. Cœlius lib. 7. cap. 26. Vnde paragneticon est elegans Vegetij: Quod facturus es tractato cum paucissimis, uel potius ipse tecū. Nam Flacco teste primo epist. Nec retinet patule cōmissa fideliter aures.

Qui numerus sacer est) Apud priscos numerus ternarius in tantū absolutus & sacer habebatur, ut quicquid ter dictum aut factum esset, id ratum & efficax haberetur, dicit Eras. Vnde in magorum mysterijs adhiberi solitus. Vergi. in Pharmaceutria :

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo, terq; hec altaria circum

Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

Pythagoricos item Plutarch. scribit unitatem solitos Appollinem nuncupare, Diadā litem et audaciā, Triada iustitiā quæ est summa perfectio. Cœlius li. 12. cap. 9.

Qui secre.) innuit Poeta lapides ex Dei consilio uires archanas habere, imitatus quidē Democritū, quib; anias habere dixit, unde ne cibū in matellā immitteret (qd dici solet) ad amicos scribit librū suū, quibus morū sit gravis

MARBODEVS DE

fit grauitas, quosq; uitæ cõmendet honestas. Nam etiæ atq; etiam uidendum in cuiusmodi animū mittamus ea que sunt laborū studio acquisita, quod admonet apud Gellium Epictetus. Etenim si in uas insyncerum immiserimus rem quantumlibet charam, in acetum tamē et lotium uertitur. Propterea Horatius Epist. i. Syncerū est nisi uas quodcunq; infundis accessit.

Morbos expel) Nā chelidonio medetur febribus medici. Sed et oculus presens est remediū. Magnes hydro pem leuat morbo. Lyncurius stomachi pellit cruditatē.

Perspecta feruntur) Fidem nobis magnopere consiliamus ab ijs, quæ nobis perspecta sunt, & qbus praesentes adsuimus. Hoc artificio Vergilianus etiā Aeneas utitur. Quęq; ipse miserrima uidi, Et quorum pars magna fui. Sic etiam Lucas Euanglista in suo euangelio prefatur. Nam Herodot. in Clione dicit oculos fideliores auribus esse, quem imitatus Hora. in arte poeti. Segnius irritant animos demissa per aures,
Quām quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Et Lucretius in. 6. Quia semper ad aures Tardius adueniunt, q; uisum que moueant res. Fidem igitur sibi conciliaturus poeta, dicit q; authores quasdam lapidū uirtutes ipsi uiderint.

A D A M A S C A P V T . I.

Vltima precipuum genus India fert Adamantis,
De cristallorū natum sumptumue metallis.
Hunc ita fulgentem Cristallina reddit origo.

Ut ferruginei non desinat esse coloris:
 Cuius duricies solidissima cedere nescit,
 Ferrum contemnens nulloq; domabilis igne,
 Incudis damno per cussorumq; labore.
 Hæc tamen hircino calefacta cruore fathiscit,
 Huius fragmentis gemme sculptur acutis,
 Hic sed auellana maior nuce non reperitur.
 Alterius generis producit Arabs adamantem
 Non sic inuictum, nam frangitur absq; cruore,
 Nec par huic nitor est, pretijq; minoris habetur,
 Pondere sit quamvis & enormi corpore maior.
 Tertius est Adamas quem dat maris insula Cyprus.
 Quartum producit ferraria uena Philippis.
 Omnibus æqua tamen uis est adducere ferrum.
 Quod facit ex Magnes absente potens Adamante,
 Nam præsens Adamas magneti quod rapit aufert.
 Ad magicas artes idem lapis aptus habetur,
 Indomitumq; facit mira uirtute gerentem,
 Et noctis lemures & somnia uana repellit,
 Atra uenena fugat, rixas & iurgia uincit,
 Insanosq; curat, durosq; reuerberat hostes.
 Clausus in argento lapis hic auroue geratur,
 Stringit & hunc leuum fulgens armilla lacertum.

Vlama India) In India nocte tantum queritur, quia
 nocte saltem lucet, per diem est obscurus propter solem
 ut est in speculo Vincentij.

MAR BODEVS DE

Ut ferruginei co.) Vnde à Plinio Siderites uocatur.
Cedere nescit) Hinc uis indomita interpretatur A-
damas, quod idem testatur.

Hec tamen hircino) Fatiscit sanguine et carne hir-
ci, precipue si hircus aliquandiu ante biberit uinū, ex
petrocelinum uel silermontanū, hoc est, sisileos come-
derit. Talis item sanguis ad frangēdū lapidem in uesica
conducit, hæc Siluaticus Pandect. cap. 38r.

Ferrum contem.) Omnia respuit metalla, excepto
plumbo quo soluitur propter argentum uiuū quod est
in ipso. Et Calibe, cui læsionis infert nihil, sic scribente
Aristo. Cū iquius incredibilis huius lapidis adeo sit du-
ricies, quicquid invictum atq; inexpugnabile indicare
uolumus, adamantinū uocamus ait Eras. Et sic Hesiod.
Durus at his animus solido ex adamante creatus.

Theocritus in Amarillide.

Me quoq; respiciet neq; enim est adamantina forsati.

Incudis damno) Incudibus hi deprehenduntur ita
respuentes ictum, ut ferrum utring; dissultet, incudesq;
etiam ipsæ dissileant. Plin.

Quod rapit auferat) Adamas dissidet cū Magnete
in tantum, ut iuxta positus ferrū nō patiatur abstrahi,
sed Magnetū rapiat atq; auferat. Sic etiam alijs lapidi-
bus iunctus omnem illorum vim in se transformat, ut
sit Anglicus lib. 16.

Ad magicas artes) Magicanus in se uirtutem habere
creditur

LAPIDIB. PRETIOSIS.

creditur adamis. Si enim capiti dormietis mulieris caus
tus supponatur, scire poterit maritus eius an sit casta.
Nam si est, dormiendo amplecti coniugem ui lapidis co
gitur. Si uero infidelis fuerit, ab eo subito resilit, ueluti la
pidis præsentia indigna. Dioscori.

Indomitumq; facit) Hostilem edulcat furorem. Un
de gemma reconciliationis & amoris dicitur. Ad hæc
si mulier à uiro suo fuerit digressa, per uirtutem adamæ
tis in uiri gratiam reuocatur. Dioscorides.

Lemures) Lemures dici putant uagantes umbras
hominum ante diem mortuorum, quasi remures à Re
mo, cuius occisi umbras frater Romulus cum placare
uellet Lemuria instituit, id est parentalia.. Ouid Fasto. r
Marcianus uero lemures manes appellari existimat, q
post uitam ijsdem corporibus delectentur, & cum his
maneant. Sed multa de his Augustinus de Ciuitate dei
lib. 9. & Varro de uita patrum lib. 1. quæ dilucidiora
scripta sunt in capite Gagates. .

Somnia uana) Somnia uana sunt, que non ex reue
latione diuina, sed ex imbecillitate cerebri, uel perturba
to animo proueniunt, dicit Mancinellus, quando quod
interdiu nimium cupimus, noctu uidemur uidere. De q
bus est illud Terentianum in And. Nū ille somniat ea
que uigilans uoluit? Et Vergilij hoc: Credimus an qui
amant ipsi sibi somnia fingunt. Macrobius uir multa do
ctrina polens, quinq; somniorū species enumerat, Som

M A R B O D E V S D E

nium, uisionem, oraculum, insomnium, et phantasma:
inter quas duæ, insomniū et phantasma, uane sunt, som-
nia aut̄ quæ post mediā noctē ostenduntur, uisiones et
uisa nō reprobantur. Nā et Ioseph somnia, et Aposto-
lorū uisa, et multorū uisioñes credenda fuerūt. Macrob.
in Somnio Scip. lib. i. cap. 3.

Repellit) Tanq̄ minē fides adhibēda sit illis, poeta di-
xit, cōtemptive repellit. Vnde cōuenit huc illud Catulli
distichon: Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,

Et pauidas mentes falsa timere iubent.

Clausus in argento) Huius uis maior esse perhibetur
si sedes eius, cum in anulo ponitur, sit ferrea, anulo pro-
dignitate lapidis ex auro constante. Sic est in libro de na-
tura rerum.

De adamāte plura Solinus cap. 65. Plin.lib. 37.ca. 4.
Alber.lib. 2. tract. 2. ca. 1. mineral. Pandectarū author
Siluat. ea. 385. Serapio in aggregatione simplis. Isido.lib.
16. Aristo. in lib. de lapidibus.

A C H A T E S . Cap. II .

De Achate Plin.lib. 37.ca. 10. Solin.ca. 11. Siluatic.
Pandect. cap. 386, Albert. Mineral.lib. 2. tract. 2. ca. 1.
Anglic. de propriet. rerum lib. 16.

V T primum perhibent lapis est inuentus Achates

In ripis fluij qui nomine dictus eodem est.

Hic pretio diues Siculas perlabitur oras.

Su licet ipse niger uenis tamen obsitus albis,

Hic lapis,

Hic lapis ingenitas memoratur habere figuras,
 Cuius nativis facies interlita uenis,
 Nunc regum formas, nunc dat simulachra deorum.
 Rex Pirrhū digito ges̄isse refertur achatem,
 Cuius plana nouem signabat pagana iuñas,
 Et stans in medio cytharam tangebat Apollo,
 Naturæ, non artis opus mirabile dictu.

Hunc quoq; corallo similem gerit insula Creta,
 Cuius planities croceis est illita uenis.

Iste nep̄e uirus fugat, & quod uipara fundit.

Reddentem facies uarias dat & Indus achatem,

Nunc nemorum frondes nunc dantem signa ferarum.

Hic sedare sitim, uisumq; fouere putatur.

Est & qui myrrha succensus spirat odorem.

Est qui sanguineas maculas perhibetur habere.

Cerea cui facies, quia creber, uilis habetur.

Portanti munus, uiresq; ministrat achates,

Facundumq; facit, gratumq; boniq; coloris,

Et persuasorem, mundoq; deoq; placentem.

Hoc Anchisiades comitante pericula uicit.

Rex Pirrhū) Pirrhū iste Epirotis imperitauit, & Glossa
 post Alexandrū rei militaris peritissimus est iudicatus,
 unum os habuit dentium uice, lineis modo in superficie
 suppictum distinctumq;. Testis est Ludo. Cœlius lib. 2.
 cap. 33. De regis huius anulo scribit Plin. lib. 37. c. 1.

Cuius nativis) Interlita, id est cōmaculata. Nā inter-

MARBO DEVS DE

Eino uerbum superinducto atramento, aut alio liquore rem aliquam uel picturam est destruere, quod ex hoc Ciceroniano intelliges. Tabule sunt in medio, se corrumpas atq; interlitas esse clamant.

Nepae virus, id est scorpionis. Constat enim a Grecis scorpionem nepam vocari, uermiculi genus quod sub saeculis latet, que si quis tollat incautius uulnus accipiat ob liquo ictu i cauda uenenosa. Ita Pli. lib. 11. cap. 25.

Vipera fundit) Vipara genus serpentis est ueneno-
si, omnium serpentium nequissimum. De hac Isido. lib.
12. Et dicta quod uiri pariat, nam cum eius uenter ad par-
tum intumescit, catuli non expectantes maturam solutio-
nem naturae, corrosis eius lateribus, cum matris interitus
ui erumpunt. Dicit et idem quod masculus suo ore in-
serto in os uiparae semen expuat, et ex illa uoluptate lis-
bidinis in rabiem uersa caput maris praescindat, unde
parens uterq; pereat, masculus dum coit, foemina dum
parit. De hac Plin. lib 8. cap. 39.

Illita) Illino leniter induco significat, unde Horattus
lib. 1. Epist. dicit. Quod si bruma niues albanis illinet
agris. Et Plin. Fimū caprinum ex melle illitum epiphori-
ris prodesse putant.

Hoc Archisiades) Achate multa pericula uicit Aca-
neas, ut qui non perpetuam dormiret noctem, sed cura
agitatus, que regum comes est (unde achates dicitur)
alijs somno indulgentibus, ipse uigilas; cogitabundus, so-
brius

brius de futuris agitabat animo. Hoc loco quid alij sentiant prætermuto, sed pachatem curā intelligo, quæ maxime comitatur principes (libet uerbis uti Eraſmianis) ut quā tantam negotiorum sarcinam sustineant humeris, quod nunquam sine hac uiuant. Huius rei præclarū exemplum præbuit Epaminondas dux Thebanus. Sigdē cum Thebani ciues festis quibusdam diebus solutius compositionibus insudarent, licentiusq; uoluptatibus fruerētur, ille solus uigil ac sobrius arma lustrabat, et cura pro Achate comitatus urbis mēnia obambulabat. Rogatus cur id faceret, respondit, sobrium esse se ac uigilare quo reliquis licet temulētos esse ac dormire, ut Plutarchus refert in libello aduersus ducem imperiū. Porro apud Homerum Nestor ad Agamemnonem:

Belligere Atride proles dormis' ne Agamemnon?
Perpetuam noctem dormire haud principe dignū est,
Cui populi commissi, & tanta negotia curæ.
Non nescimus Aeneam in uagina secum tulisse Achætem. Nam lapis hinc armiger dictus est.

Si uis achatem uirtutis potentem esse, feras eum in fetis leoninis, ubi ad quodus tēpus ualebit, scribit Pli.

Nunc nemorum frondes) Non refert an ramos arborum uel folia intelligas. Nam Plinius scribit q; indicus achates non folia tantum, sed nemora quandoq; representet. Frondes autem propriæ sunt arborum, folia uer tam arborum q; herbarum & florū, dicit Perott.

MARBODEVS DE

Quia creber, uilis habetur) Quod rarum charum est,
(ut dicitur) unde Marbode.ca.s.ameibystus ait charus
haberetur merito si rarior esset. At nūc negligitur quo
niā communis habetur.

ALECTORIVS III. C A P.

De Alecto. Solinus cap. 4. Plin.lib.37.cap.10. Alb.
li.2.tract.2.ca.1. Bar. Angli.li.15. Diosc.in ca. Alector.

Ventriculo galli qui iestibus est uiduatus,

Cū tribus ad minimū factus spado uixerit annis,

Nascitur ille lapis cuius non ultima laus est,

Et per bis binos capit incrementa sequentes,

Hinc alectorio nomen posuere priores.

Mensuramq; fabae crescens excedere nescit,

Cristallo similis uel aqua cum lympida paret.

Inuictum reddit lapis hic quemcunq; gerentem.

Nam Milo Crotonias pugles hoc præside uicit.

Hoc etiam multi superarunt prælia reges.

Extinguitq; sūtim sūtientis in ore receptus.

Hic expulsorum promptus solet esse reductor,

Adquiritq; nouos, ueteresq; reformat honores.

Hic oratorem uerbis facit esse disertum,

Constantem reddens, cunctisq; per omnia gratum.

Hic circa ueneris facit inceniuia uigentes,

Commodus uxori, & quæ uult fore grata marito.

Vt bona tot præstet clausus portetur in ore.

Glossa. Ventriculo galli, id est in orificio. Nā ut in homine
struma

struma est, ita in Gallo orificium quod patet.

Hinc alectorio ἀλέκτωρ latine gallus est, unde nomen lapidi inditū alectorius quasi gallinarius.

Nam Milo) Milo hic Crotoniates Prisci Tarquinij emicuit temporibus, cui elogii extat: Victor ille omnium certaminū. Nusq; lapidis et virium est superatus fiducia, nisi semel à Tritorno Bubsequa, quod Cœlius scribit lib. ii. cap. 70. qui una manu in armento ferocissimi omnium et maximi tauri pede corripuit, furentemq; as inde se proripere adnitentem frustra, retinuit constans. Altera prætereuntis forte tauri alterius pedem adprehendit audacissime, ac compressit ferociter. Vide Eras. in prouer. alter Hercules, hunc Milonē quercus lacerandū feris præbuit, scribit Val. Max. li. 9. ca. 12.

A M E T H Y S T V S. C A P. I I I .

De Amethysto Plin. lib. 37. ca. 9. Isido. li. 16. Albert. li. 2. ca. 1. Aristo. in lapidario suo, Siluat. Pand. ca. 390.

Purpureus color ac violaceus est Amethysto,
Vel quasi gutta meri solet aut rosa munda uideri.

Quidam marcidior uelut euancescit in album,
vt corruptus aqua uini robur esse putetur.

India mittit eum gemmarum maxima nutrix.

Hic facilis sculpi contrarius ebrietati,

Charus haberetur merito si rarior esset,

At nunc negligitur quoniam communis habetur.

Huic quoq; das species ueterum sententia quinq;

MARBODEVS DE

Amethystus) Causam nominis adferunt, q; usq; ad
Glossa. uini colorem accedit, prius tamen quam ipsum degu-
stet in uiolam desinit, scribit Plinius.

Amethystus an gemma uel lapis dici debeat, ui-
dendum est in leg. Et si. ff. de auro & argento.

Si Amethysto Lunæ nomē uel solis inscribatur, at-
q; ita suspendatur collo, è capillis cynocephali uel plumis
hirundinis, resistere ueneficijs, et adesse quoq; reges adi-
tuos, grandines tempestatesq; auertere, & locustas
precatione addita, q; ipsi demonstrant, propellere Magi
dicunt. Plinius lib. 37.

India nutrix) Vnde habetur epitheton gemmifer In-
dus. Sed quia orientalis regio est, ubi solis efficacior uir-
tus q; in occidente, plura quoq; ibi proueniunt, quæ in
alijs orbis partibus nusq; comperiūtur, cuiusmodi sunt
gemmae, aromata, & id genus plura quæ ampliorem ex-
petunt caloris copiam: Vel ut leones, Tigrides, Ele-
phantæ. Sic Cœlius lib. 1. cap. 9. memorat. Plin. quoq;
lib. 37. cap. 10. fertilitatem gemmarum in India recitat.

Contra ebrietatem) Majorū uanitas resistere ebrie-
tati pollicetur Amethystos, indeq; appellatos q; minime
ebrios, uerba sunt Plin. Sed non uanitatem esse sentit
Aristo. Vult enim Amethystum umbelicos appositū ua-
porem uini certissime prohibere, & ebrietati esse con-
trarium prorsus, hominemq; cōtagio liberare multū.

Quinq; species) Inueniuntur in ista specie multæ
diffic-

LAPIDIBVS PRETIOSIS. 11

differentiae, sed quinq; sunt magis note, & per differen species.
tias obscuritatis omnes acceptae. Indica, quæ absolutū Amethysti
purpuræ colore habet, ex inter omnes principatū te-
net. Alia quæ ad Hiacinthum descendit, cuius colorē
Indi sacon, gemmamq; sacodion uocant. Tertia pa-
ranitis, in contermino Arabiæ gentis, sed dilucidior.
Quarta uini colorem habet. Quinta ad viciniā Cri-
stalli descendit, quæ minime probatur. hæc Pli. li. 37. c. 2.

ANDRODAMAS. Caput. V.

De Andromedamanta Albert. lib. 2. Tract. 2. capi. 1.
Plinius lib. 37. cap. 10. Vincentius in Specu. natu. libr. 9.
cap. 45. Solinus cap. 45.

Andromedamanta (lapis formæ q̄s itissa quadra)
Dicunt argenti ueteres perferre colorem,
Cuius duricies quasi duricies Adamantis.
Ipse maris rubri mixtus reperitur harenis,
Quem magus affirmat tantæ uirtutis haberí,
Ut presens animos possit sedare calentes.

Andromedamás) Putant huic lapidi nomen indium, Glossa.
ab eo q; domare ac refrenare dicatur impetus uel ira-
cundias animorum. Sic Plin. li. 37. dicitur & Argiro-
damas, quod idem narrat.

Calentes animos) Id est ira concitatos. Cui autem
lapis hic non est, maximum remedium nouerit moram
atq; dilationem, ut primus ira furor reläguescat. Pro-
inde

MARBODEVS DE

inde Athenodori illud salutare præceptū habere cordi
atq; memorie operæ preciū duco, q Augusto Cæsari sic
præcepit: Quū irate Cæsar cœperit, n̄ hil prius neq;
dixeris neq; feceris, q ipsas uiginti quatuor literas cle-
mentarias tecum ipse percurreris, sic enim futurum ut
imperium animi suffrenes. Vide Beroal. de optio statu.

A B S I N T H O S. CAP. VI.

De Absintho Albert. lib. 2. tract. 2. cap. 1. Isido. de
gemmais nigris. Silua. Pandect. ca. 384. Absinton habet
Barpth. Anglicus, quem imitatur Vincentius lib. 2. ca.
36. At Plinius lib. 37. cap. 10. Apiston.

Absinthos nigri non ultima gemma coloris
Ad gratam speciem rubeis interlita uenis,
Pondere maioris mensuram corporis æquat,
Hec simul admoto suscepit ab igne calorem,
Testantur calidam septem durare diebus.

Glossa. Apistos incredibilis latine sonat, fortassis q difficile
creditu uideatur lapidis susceptū ab igne calorem posse
ad septimum durare diem. Ne quis tamen miretur sciat
hunc lanuginis habere naturam, que uocatur Pluma
Salamandæ, animatis (ut uult Arist. naturæ solertiſſi-
mus indagator) ignem in ambulando extinguētis. Va-
let hic lapis, teste Plinio, contra frigoris iniuriam.

A B E S T O S. C A P V T. VII.

De Abesto Pli. li. 37. cap. 10. Asbeston habet Solin.
cap. 12. Albert. li. 2. Mineral. tract. 2. ca. 1. Isido. lib. 16.

Archadiæ

LAPIDIB. PRETIOSIS. 14

Archadiæ tellus lapidem producit Abeston,
Ferreus huic color est, naturæ mira potestas,
Nam semel accensus conceptos detinet ignes,
Extinguiq; nequit, perlucens perpeti flamma.

Abestos ab igne sortitus est nomen Abeston, eo q. **Glossa**.
semel accensus nunq; extinguitur, Ex hoc lapide in Ve-
neris quodā templo factum est candelabru, in quo erat
lucerna, sic ardens, ut nulla tempestate, nullo imbre ex-
tingui posset, sic scribit Isido, lib. 16. Hoc etiam ex na-
tura lanuginis salamandræ quam communè habet cum
Apisto. Vnde pluma quoq; Salamandræ nomē accepit
iste lapis, dicit Alberius.

ALABANDINA. CAP. VIII.

De Alabandina Plin. lib. 35. ca. 8. ubi Alabandicū
nomiat Alber. li. 2. c. 1. Anglicus de proprie. rerū li. 16.

Est Asia regio quæ nomen habet Alabanda,
Fert Alabandinam cuius lux æmula Sardi,
Iudicis ambiguum de nomine fallit acumen.

Aemula Sardi) Est rubei coloris ut sardius, uel hebe **Glossa**,
tis, quasi medijs inter Berillum & Hiacinthū, ut est Cal-
cedonius, sic placet Isido. Secundū Diosco. uero, Ala-
bandina est clara & subrufa, liquatur igni & funditur
ad usum uitri. Eius uirtus est sanguinē puocare et aug-

Aemula) Dicitur autem æmula teste Nonio (metare.
Marcel. quæ aliquæ imitatur & sequntur, qđnō nisi amo-
refieri potest: unde Verg. li. 10. spemq; meam patriæ
quæ nūc subit æmula laudi. **Berillus**

MARBODEVS DE
BERILLVS CAP. IX

De Berillo Plin.lib.37.cap.5. Isido.in cap.de uirie
dibus gemmis.Solinus cap.65. Albert.lib.2.cap.2.Sil-
uaticus Pandect.cap.395.Diosco.in proprio cap.Vin-
centius lib.9.cap.48.Serapio cap.398.

Conspicuos reddit sexangula forma Berillos.
Quæ nisi sit, hebes his pallor inesse uidetur.
Eximios oleo similes lymphœne marinae
Esse uolunt, & eos probat horum gnara ueritas.
Hic lapis ad partes nostras descendit ab Indis,
Hic & coniugij gestare refertur amorem,
Et se portantem perhibetur magnificare.
Dicitur & sese gestantis adurere dextram.
Infirmis oculis in quis iacet unda medetur,
Potaq; ruetatus simul & suspiria tollit.
Et cunctos epatis fertur curare dolores.
Istius esse nouem species uoluere magistri.

Hebes pallor) Poliuntur omnes sexangula figura
artificum ingenij, quoniam hebescunt, ni color surdus
repercussu angulorum excitetur. Aliter politi non ha-
bent fulgorem eundem, si Plin.credimus lib.37.cap.5.

Descendit ab Indis) Cur magnus admodum prouen-
tus ab Indis gemmarū sit, quære in cap.5. Amethystus.

Potaq; ruetatus) Ad omnē ualeitudinē malā est reme-
diū, si aquā in quā missus fuerit potui dederis. Diosco.

Dolores epatis) Qui notandi sunt per siccitatem
linguae

lingue ac palati, per sitim continuam & colericā urinā
nam & tenuē, testis Rogerius in Lycurgia sua ca. 44.

Nouem species) India gignit Berillos raro alibire-
pertos dicit Plinius, ex quibus probatissimi sunt qui
uiriditatem imitantur puri maris. Proximi qui uocan-
tur Chrysoberilli, paulo quidem pallidiores, sed in au-
reum colorem exente fulgore. Vicinum huic genus est
pallidius, quod à quibusdam proprij generis existima-
tur, uocaturq; Chrysoprasus. Quarto loco numeran-
tur Hiacinthizontes. Quinto illi quos Heroides uo-
cant. Post eos sunt Cerimi. Deinde oleagini, hoc est,
coloris olei. Postremi uero Cristallis ferè similes, ex-
hi habent capillamenta sordesq; alioquin euanidi, que
omnium uitia sunt. Indi & alias quidem gemmas Cri-
stallo inuenient adulterare repererunt, sed præcipue Bea-
rillos minio, quod Plinius indicat lib. 37.

CARBUNCULVS CAP.X.

De Carbunculo Plinius lib. 37. cap. 7. Albert. li.
2. Mineral. Tract. 2. cap. 3. Isido. lib. 16, cap. 15. Bar-
tho. Anglicus lib. 16.

Ardentes gemmas superat Carbunculus omnes
Nam uelut ignitus radios iacit undiq; carbo,
Nominis unde sui causam iraxisse uidetur.
Lingua sed græca lapis idem dicitur antrax.
Huius nec tenebrae possunt extingueri lucem,

Quint

MARBODEVS DE

Quim flamas uibrans oculis nitet aspicientum,
Nascitur in Libya Trogloditarum regione.
Et species eius ter trine tresq; feruntur.

Glossa. Ardentes gem.) Non solum ardentes. Quippe carbunculus lapis omniū pretiosissimus est, ut etiam charissimus, quē ad alios lapides, sicut aurū ad cetera metallū, se habere testatur Albertus. Carbunculū dicit Aristote. sigillum, gnomonem, & regulam gemmarū, qui omībus lapidibus suam imprimere possit figuram, quū nullus sibi pressura noceat.

Trogloditarū re.) Trogloditæ habitant in finibus Aphricæ ultra Aethiopiam, qui uelociores sunt equis et in cauernis habitantes, carnibus serpentum uiuunt. de his. Plin. lib. 5. cap. 5. Strabo lib . 11.

Ter trine tresq;) Id est duodecim. Inter gemmas que rubro colore sunt & pellucent, Carbunculi principatū tenent. A' similitudie igniū aut q. ignem non timeant appellati, Vnde à quibusdā Apyroti uocantur, ait Pli. Sed optimos carbunculos dicit idem Amethystizontas, hoc est quorū extremus igniculus in Amethysti uiolam exit. Hinc proximos illis Syrtitas, pinnato fulgore radiantes. Carchedonij minores sunt & nigrioris asperetus, quibus signandis ceris uti solemus, sed tamē Saphiros & Iaspides & dignitate & pretio uincūt. Scimus quidem uarias apud scriptores de huius generibus opiniones relatas, nam Marbodeus hic duodecim memori-

rat, Euax undecim, Plin. etiam plura. In libro de na-
tura rerū saltem tria inuenio, sed operæ pretiū esse non
uidetur multis expedire negotiū cū paucis sufficiat, præ-
sertim cū hoc chartaceū mare omnibus nauigandū pa-
teat apud Plin, lib. 37. cap. 7. & apud alios.

Sunt Carbunculi utriusq; sexus, Mares excitatiū
fulgent, fœminæ pinguiores sunt & crassius nitent. Sed
difficilius est nihil q̄ discernere ueros à falsis, quoniam
magna est in eis occasio artis. Aliquando etenim subi-
ciunt eis mangones fundamenta per quæ luceant &
exoticū colorem accipiant. Adulterantur & uitro, q̄
ueris sint simillimi. Aiunt et ab Aethiopibus hebetiores
in aceto maceratos, quatuordecim diebus nitescere, to-
tum in mensibus durante fulgore. Sed cotæ deprehen-
duntur sicut aliæ gemmæ factitiae, author est Plinius.

Sculpturis) Sculpturis resistit, si uero sculptus fuerit
dum signa in ceram imprimit, quasi quodam animali
morsu partem ceræ secū tollit, dicit Isido. lib. 16. ca. 13.

CHRYSOLITVS. CAP. XI

De Chrysolito Pli. li. 37. ca. 9. Alber. li. 2. tract. 2. ccs.
3. Siluat. Pandect. cap. 407. Diosco. in proprio capit.

Auro Chrysolitus micat & scintillat ut ignis,
Iste mari similis quiddam uiroris adumbrans,
Esse phylacterium fixus perhibetur in auro,
Contra nocturnos fortis tutela timores.
Pertusus setis si traijciatur aselli

MARBO DEVS

Dæmonas exterret & eos agitare putatur,
Traiectum leuo decet hunc gestare lacerto.

Aetbiopes legimus nobis hanc mittere gemmam:

Auro micat) Ab auro nomen sortitur hæc gemma,
nam χρυσός aurum est, λίθος uero lapis, latine iga-
tur aureus lapis.

Philaterium) Pharisæorum propriū fuisse scribit
Chrysostomus, et hoc in Euangeliō significat Mat-
theus ca. 23. ut decalogū in membranulis scribebent, li-
garenq; in fronte, quo religionis intimæ speciem præbe-
rent. Eas uero membranulas Hebræorū uocabulo dici
philateria, idem Chrysostomus prodit. At hoc loco con-
seruatorium significare uidetur, quod aliquando magi-
seu præstigiares contra nocuas res offèrunt, iuxta
hoc quod in decretis Gregorij iunioris dicitur, Ariolo-
rum & exorcitorum philateria sunt. Et quod in con-
silio Laodicensi legitur philateria facere. Lege Ludo.
Cœlij antiquitates lib. 3. cap. 9.

Leuo lacerto) Si quis hunc portet leuo brachio spi-
ritualia cōfortat, propter q; tritus Asthmaticis, id est q;
anhelitus habent offensionē, datur is lapis, qui per hūc
uigori restituuntur. Author Albertus.

Dicit præterea Tethel philosophus Iudæorū in lib.
de sculpturis lapidum, q; quando inuenitur in Chryso-
lito foemina habens in una manu auem & in altera pi-
scem, ualet ad negotiandum. Pellit enim stultitiam &
inducis

inducit soleritatem, ut habetur in lib. de natura rerum.

Aethiopes) Huius generis æthiopicū præcellit Indicus. Deterrimus aut̄ est arabicus, quoniā turbidi coloris est & fulgoris interpolati nubilo macularum . Plini. Inuenitur h̄ac ḡma et in Germania in iugis Misniacis & locis sibi uicinis, sed facile frangibilis, splendore ad cādorem declinans. Hāc vulgo Cetrinū uocant. Vincent.

CHRYSTOPRASVS. Cap. XII.

De Chrysopraso Plin.lib.37.cap.8. & 11. Solin.ca. 6r. Alber.lib.2. tract.2.cap.3. Barpih. Angli.de prop. rerum lib.16. Isidorus lib. 16.

ET Chrysopraso lapidem domus Indica mittit.
Hic porri succum referens mixtumq; colore
Aureolis guttis quasi purpura tincta renitet.
Quas habeat uires potui cognoscere nondum,
Sed tamen esse reor, nec est phas omnia nosse.

Chrysopraso colore porri succū referens, augi inter Glossa
uenientibus guttis, unde si rōem ethymi p̄pēdas, nomē h̄z.

Porri succū) Porri duo sunt genera, sectuum & capitatū, sed unius coloris. Capitati succum letiferū esse ostendit Plin.lib.19.ca.6. Qui scribit Melam equestris ordinis, rerū ex procreatione à Tiberio Cæsare accersitum in summa desperatione succo porri ad triū denariorum argenteorū pondus hausto, confessim sine cruciatu animam exhalasse.

C

Esse

M A R B O D E V S D E

Esse reor) Hoc est reor esse in hoc lapide quid uiriū,
Sed ut quid de uirtute huius gemmæ experimenti ha-
bess, subiunxi hæc ex doctorum pœnu. Dioscori. in-
quit, Eius uirtus clarificat uisum, auri suū pellit, &
in omnibus bonis perseverantiam subministrat, & ut
est rarissimus, ita quoq; charissimus. Plinius uero solus
omnium pretiosorū limam sentit, cæteri enim aut saxo
aut cote poliuntur, et aliquando usu atteritur. Et Euax
ad omnes cordi passiones efficacem asserit.

C H R Y S O P A S I V S . C a p . X I I I .

De Chrysopasio Plini.lib.37.cap.10. sed ab eo no-
minatur Chrysolampis, Solin.ca.42. Alber.li.2.cap.3.
Chrysopagion uocat: quidam Chrysotopsin. Siluaticus
Pandecta.capi.408.

A Ethiopum tellus lapidem Chrysopasion ædit,
Quem tenebrae produnt, occultat tempora lucis,
Noctibus igne mucans, uanescit luce diurna,
Absq; nitore iacens auri pallore sepultus.
Hic quoq; naturæ mutatus cernitur ordo,
Nam quem lux celat solito lux more reuelat.

Glossa. Nocte igneus est Chrysopasius, die aureus, unde
suum nomen habet, Isidorus.

Absq; nitore iacens) In die enim euanscens & ful-
gorem amittens, quasi aurū expallescit, Albertus.

Hic mutatus ordo) Nam fit in ipso secundū diuersi-
tate luminis et tenebrarū reciprocatio coloris nō deter-
minati,

minati, uelut in queru^t putrefacta et noctiluca, de quibus
rōnem affert pfectā & ueram Alber. in lib. de anima.

CHELIDONIVS. Cap. XIII.

Hæc gemma Plinio Chelidonia dicitur lib. 37. ca. 10.
Albertus autem habet Chelidonius lib. 2. Tractatu. 2.
capi. 3. Diosco. in proprio Capit. Vincentius in Specu.
natu. lib. 9. cap. 53.

AT Chelidonius lapis est quem gignit hirundo,
Ventre gerēs pretiū quo digna sit ipsa necari,
Nec de fulgentum numero lapis esse putatur,
Paruus & informis, sed nulli uiribus impar.
Præclaros quoſdam lapides premit utilitate:
Huius ſunt binæ ſpecies geminiq; colores,
Nam niger & rufus cæſo de uentre feruntur,
Cædit gestato lunatica paſſio Rufo,
Curat & iſanos & languores diuurnos,
Facundos facit & gratos, multisq; placentes.
Ex lino facta decet hunc inuoluere panno,
Et ſic in chela clauſum portare iſistra.
At niger in panno pacto geſtatus eodem,
Ad finem dignum uifcepta negotia ducit,
Obſiſtitq; minis, & regum mitigat iras.
In panno croceo lini ſubtegmine teſto,
Ipſe lapis poſitus febres extingueſ fertur,
Et ſimul humores compescere quoſq; furores.

Chelidoneſt hirudo, inde chelidonius lapis. i. hirundo. Glosſa.

MARBO DEVS DE

dinarius, & chelidonia id est hirundinis herba, quæli-
teris quibusdam omib⁹ & mutatis, schelkraut dicitur,
cum potius schwalmkraut dici deberet. Nam hac herba
birundines oculis pullorum in nido restituunt uisum
etiam erutis, teste Plin. lib. 25. cap. 8.

Digna necari) Etiam si in hac lapidis præda uenari
non pos̄it, est tamen digna ob totius corporis utilitatem
necari. Nam cum quis pre dolore gutturis, quem squi-
nantiam uocant, quidam anginam, loqui nō potest, acci-
piat puluerem hirundinis perustæ melle temperatū, cu-
rabit morbum. Diſcor. testarite & Auicenna, quoruſ
ſententie accedit Aesculapius.

Paruus & informis) Habes hic lapides non exti-
mandos nitore & magnitudine. Nam ſepe q̄ illis est
detractū in ſplendore, equauit natura uiribus & ui-
tute. Hoc autem cōmune habent lapides cū hominibus.
Vnde Homeruſ Tydeum paruo fuisse corpusculo de-
coratiū, in quo tamen uires ingentissimas fuisse teſtatur,
quod quidem & Naso ſcripsit in carmine obſceno:
Utilior Tydeus qui ſi quid credis Homero,
Ingenio pugnax corpore paruus erat.

Cæſo de uentre) Notandum est quo tempore debeat
hirundo interfici, uidelicet mense Auguſto, crescente lu-
na, anteq̄ pullus pulli primogenitus attingat terram.
Inuenitur autem uel unus uel duo in iecinore seu sto-
macho alitis, quemadmodū est in libro de natu. rerum.

Non

Nō tamen hic lapis omnibus innatus appetet, etiā si de
bito tēpore fuerint captæ & rite mactatæ, sed si ali=
quas uideris coniunctis rostris innuētibus p̄ hoc cōcor
diā, exhibis lapidē nancisci licebit, Vincen.li.17.ca.99.

Lunatica passio) Est quam quidam Epilepsiam, qui=
dam caducum morbū appellant, multi Herculeum, q.
Herculem hoc morbo laborasse constet, unde & sacer
dicitur. Sed Hippocrates uir diuina scientia coitū ue=
nereum censuit partem teterrimi morbi quem comitiale
dicunt, unde passionem illam dictam innuit paruū mor
bum comitiale, testis Macrobius lib. 2. cap. 7. Satur.

Inuoluere panno) Vim suam etiam feruat illæsam ix
corio uituli aut cerui, qui nondum coierit, sub chela sini
stra, id est brachio seruatus, dicit Albert.

In chela sinistra) Hic dura translatione usum esse
Poetam notabis, quia chelæ scorpionū aut cancrorum
propriæ dicuntur brachia, Vnde extat hoc Vergilianū:
Qua locus erigonem inter chelasq; sequentes.

In panno cro.) Durat item hic suæ uirtutis potens
in herbam sui nominis clausus, author est Albert.

Cui lapis non est, morbi comitialis remedium acci=
piat fel testudinis et naribus illinat, oppressus statim e=
rigitur, quod Plinius scribit.

CORNEOLVS. Caput. X V.

De Corneolo Albert.li.2.cap.3. ubi scribitur Cor
neolus, Serapio aggregatio.cap.400. Anglicus lib. 16.

C ; Sed

MARBODEVS DE

Sed neq; Corneolos lapides memorare pigebit,
Qui licet obscurum uideantur habere ruborem,
Non sfernanda tamē huic creditur insita uirtus.
Nam lapis hic digito colloūe gerentis adhærens
In disceptando surgentes mitigat iras.
Quiq; lauatur e carnis par esse uidetur,
Sanguinis ex membro siflit quemicunq; fluorem,
Præcipue talem patitur si fœmina fluxum.

Glossa. Corneolus) Reperitur hic lapis apud fluminiū sui no-
minis, ut Vincent. ait. Dicit tamen Serapio apud Rhei-
num flumen. Horū multitudinem filij Israel in deserto
sculpsisse dicuntur, quorū sculptura tam subtilis acumi-
nis cōprobatur, ut nullus huiusmodi opis imitationē fue-
rit ausus deinceps aggredi, sic est in lib. de natu. rerū.

Habens quis liuidos dentes Corneolos terat, & cum
puluere fricet dentes, albescunt & omēs abiguntur for-
des, Sic in Pandectis inuenies. Vnde gemmam hanc nō
minus uere iij eleganter dixeris dentifriciū, Quia omne
medicamen, ad dentes potissimū dealbandos, dentifriciū
uocatur, inquit Galenus in Pharmaceutria. Quod fit ē
pumice, cinere cornu ceruini, & sale armoniaco, sed no-
bilius ex margaritis in pollinē redactis, ut idē testatur,

CALCOPHONOS. CAP. X VI.

De Calcophono Plinius li. 37. cap. 10. Solinus cap.
50. Albert, lib. 2. Tract. 2. cap. 3. ubi perperam scribitur
Calcaſa

LAPIDIBVS PRETIOSIS. 20

Calcafanos. Habet Siluat. Pandect. Calefarios ca. 390.

Calcophonos pulsata refert tinnitibus æra,
Quis tractetur reuerenter corpore casto,
Vocis dulce melos aiunt conferre gerenti,
Et ne raucescant liquidas defendere fauces.

Hic etiam nigrum perhibetur habere colorem.

Calcophonos) Quia tinnitus habet æris tale no= Glossa.
men accipit. Nam χαλκόφωνος, latine habens no=
cem fortem interpretari potest.

CHRYSOLECTROS. Cap. XVII.

De Chrysolectro Plinius lib. 37. cap. 3. Aristot. in
lapidario suo. Vincentius lib. 9. cap. 52.

Esse Chrysolectros similis describitur auro,
Cuius ad electrum color inclinare uidetur,
Hic matutinis uisu iucundior auris,
Dissimilem speciem post aspicientibus offert,
Cuius materies rapidissima dicitur ignis,
Nam cito uicino correptus flagrat ab igne.

Chrysolectros dictus quasi aurei coloris, est enim Glossa.
colore Electri, quod uocatur eò q[uod]a solis radios auro cla=
rius luceat & argento, testis Isido. Namq[ue] ἡλέκτως, on=
gos, sol per epitheton dicitur, quia homines ἡλέκτη=
τζους, id est sine lecto faciat, hoc est à somno excitet,
iuulgo geler augstein. Id olim Germani uocabant genti=•
lit er glesum, q[uod] instar uitri pelluceret, Germani enī ui=•
trum Glass appellant, testis est Corne. Tacitus.

C + Rapidis-

MARBODEVS DE

Rapidissima materies) ualidissimū enim elementum omnia conuertens in sui naturam est ignis, unde futura est uniuersi resolutio per huius conflagrationem.

Hic lapis collo alligatus medetur febribus: Tritus cū melle rosaceo, aurum uilijs. Et si cum malle attico conteratur, ocolorū quoq; obscuritatibus. Stomachi postremo doloribus, uel per se farina eius sumpta, uel cum mastice ex aqua pota nimium conductit, Hæc Plinius.

CHALAZIAS. Cap. XVII.

De Chalazia Plinius lib.37. cap.ii. Solinus. so. Albertus lib.2. cap.7. sed male ibidem Gelosia legitur.

Est quæ candorem fert grandinis atq; figuram, Electibus omnimodis inuicta Chalazia gemma, Cuius naturæ uis tanta probatur, ut omni Tempore frigida sit, nulloq; calefacat ab igne.

Glossa Calefacat nullo tempore) Est tantæ frigiditatis, ut ab igne uix uel nunq; calefieri possit. Causa autē est nimia pororū constrictio, q; ignē ingredi nō permittit, Alber.

Hunc lapidem iram & luxuriam, & cæteras hmōi calidas passiones & desideria mitigare, Alber. scribit.

CHELONITES. Cap. XIX.

De Chelonite Plin.37. cap.10. Albert.lib.2. cap.3. sed male scriptum est Celontes. Vincen.lib 9. cap.54. Siluaticus Pandecta cap.402.

Indica testudo lapidem mittit Cheloniten, Gratum purpureo uarioq; colore nitentem,

Quem

Quem si sub lingua loto quis gesserit ore,
 Posse (magi credunt) hunc diuinare futura,
 Orto mane die sextam dūntaxat ad horam,
 Tempore quo lunæ succrescens cernitur orbis.
 Sed luna prima lapidis prædicta potestas,
 Totius fertur spatio durare diei,
 Quintæ post decimam concordant tempora prime,
 At decrementi lunaris tempore toto
 Ante diem lapidi tantum manet illa potestas,
 Est etiam nulli lapis hic obnoxius igni.

Indica testudo) Testudines tantæ magnitudinis India Glossa
 cum mare emittit, ut singularū superficies habitabiles
 casas integrant, atq; inter insulas rubri maris præcipue
 his nauigent cymbis, dentes nō habent, sed dentū loco
 sunt illis rostri ad margines acuti, superna parte inferio
 rem claudente pyxidum more, pariūt oua auium ouis
 similia ad centena numero. Educant fœtus annuo spatio.
 Plinius libro nono, capite decimo.

Chelonites est testudo, ut autem in Gallo est Alecto-
 ria, sic Chelonites in testudine. Plin. tamen ait, Chelonia
 sit oculus indicæ testudines, sic enī uocat hanc gemmā.

Magi credūt) Quos Aegyptij prophetas, eos La-
 tini sapientes, Persi magos, Græci philosophos, Indi
 gymnosophistas, Assyrij Chaldaeos dicunt, author est

Prima luna) Id est luna silente cum (Strabo.
 minime lucet, Vel quum est lunæ coitus, quem quidam

MARBO DEVS DE

Interluniū uel nouiluniū, qdā Neomenias dici uolūt, so-
der mon new ist, q̄ si luna cōuenit cū sole, & est in orbē
circumacta. Quinta post) Et decima quinta dies cō-
cordat prime nouilunij

CORALLIVM. CAP. XX.

De Corallio Plinius lib. 36. cap. 19. & lib. 32. ca. 2.
Solin. ca. 8. Diodo. li. 5. ca. 120. Albert. lib. 2. ca. 3. Au-
cenna canone. 1. Hanc gemmā elegāter describit Naso
4. Transfor. Et Isido. in cap. de rubeis gemmis. Bar.
Angli. lib. 16. Diosco. in proprio cap.

Corallus lapis est dum uiuit in æquore uimen,
Retibus aurulsi uel cæsus acumine ferri,
Aëre contacto fit durior & lapidescit,
Quiq; color uiridis fuerat modo , puniceus fit,
Et uelut arbusti ramusculus esse uidetur,
Circa semipedem uix longior inueniendus,
Ex quo singuntur gestamina commoda multis,
Quippe salutaris gestantibus ipse probatur.
Illiū (ut dixit Zoroastes) mira potestas,
Et sicut scribit Metrodorus maximus autor,
Fulmina, Typhonas, tempestatesq; repellit
A` rate, uel testo, uel agro quocunq; geratur,
Aut in uinetis aspersus & inter oiuas,
Aut à ruricolis cum semine iactus in agros,
Grandinis auertit calamis contraria tela,
Multiplicans fructus ut fertilitate redundant,

Vmbras

Vmbras dæmonicas ac Thessala monstra repellit,
Introitus præstat faciles, finesq; secundos,
Collo suspensus pellit de uentre dolorem.

Corallus nos dicimus, ueteres corallium; quidam Gloss
Pyriten uocant, quoniam sit plurimus ignis illi, sed est
alius etiam nū Pyrites similitudie æris, nonnulli λιθο= =
δ' ευτρόπ. i. lapidē arboreū appellitant, & prima illius
anceps habetur syllaba.

Zoroastes) Hic dicitur eodem die risisse quo natus
est, eidēq; cerebrū palpasse ut impositā repelleret ma-
nū futuræ præsagio sciētiæ Pli. teste li. 7. ca. 16. Ab hoc
ut inter auhores cōuenit, reperta est magica ars, quod
idem scribit li. 30. ca. 1. De qua scripsit uiginti ducentū
milia uersuū, quos Ninus Assyriorū rex cremari fecit.

Metrodorus) L. Paulus deuicto Perseo petijt ab A-
theniensibus ut q̄ probatissimū philosophū mitter ēt sibi
ad erudiēdos liberos, Itemq; pictorem ad triumphū ex-
colendū. Atheniēses Metrodorū elegerūt professi eūdē
in utroq; desiderio præstantissimū Plin. lib. 35. ca. 11.

Thyphonas) Thyphonas uocanius fumigantes glo-
bos & figuræ nubiū sine igne, scribit Plin. lib. 2. c. 48.

Thessala monstra) Id est incantatiōes, quarū propter
herbas Medææ Thessali abundat, ut Apuleius indicat.
Nam cum illuc fugeret, per aerem uecta Medæa, ut est
apud Ouidium Transformatio. Sexto libro, scriniorū
lum ueneficijs, ac magicis herbis plenum deiecit, ex que
sparsæ

MARBODEVS DE

sparsæ suppūlularunt. Quin & Plinius docet, magiā ad Thessalos usq; propagatam, diu ab ea gente cognomen obtinuisse, adeo ut Menander quoq; literarū subtilitatibus peritus, Tessalam cognominarit fabulam, complexam ambages foeminarū detrahentiū lunam, ut Hysiphile Ouidiana de Medea; Illa reluctantē cursu deducere lunam Nititur, et tenebris abdere solis equos. Vide Eras. in proverb. Thessala mulier. Veneficia Properatiū uocat toxica Thessaliæ.

Siteratur & impleantur ex lapidis puluere concavitates infirmorū dentium eradicat eos. Et est summus in confortatione ginguarum uentrisq; cura, unde pueris adponitur gestamē, si Auicennæ credimus in. i. can.

CALCEDONIVS. Cap.XXI.

Albertus lib. 2. cap. 3. Isido. lib. 16. Barpth. Anglic. de propriet. rerū lib. 16. Math. Siluat. cap. 398.

CAlcedon lapis est hebeti pallore resplendens
Inter Hiacinthum medioximus atq; Berillum,
Qui si pertusus digito colloue feratur,
Is qui portat cum perhibetur uincere causas,
Hæc species lapidis tantum tricolor reperitur.

Glossa. **Q**ui si pertusus) Calcificatus paleam attrahit, & ualeat contra illusiones dæmonum, & uirtutes conseruat corporis, agitatiōes phantasticas ex Melancolia exortas pellit, Albertus author est.

Inter

Inter Hiacinthum) Quid & cuius coloris Berillus sit, habes in litera C, quid Hiacinthus, in H require.

Tricolor species) Calcedonij primus color est Saphirus, secundus fuscus & pallidus modicum albescens, tertius pmixtus rubeo, sic habetur in lib. de natu. rerū.

Reperitur apud Nasomones in Aphrica, & inter Basileam & Argentinam, auctor Isidorus.

CERAVNEVS. CAP. XXII.

De Ceraunea Plinius lib. 37. cap. 9. Albert. lib. 2. cap. 3. ubi perperam scriptum est Ceraurus. Anglicus Ceranius scripsit li. 16. Coraius habet Siluat. ca. 404.

Ventorum rabie cum turbidus æstuat aer,
Cū tonat horrendū, cum fulminat igneus æther
Nubibus illisis cœlo cadit iste lapillus,

Cuius apud Græcos extat de fulmine nomen.

Illis quippe locis quos constat fulmine tactos
Iste lapis tantum reperiiri posse putatur.

Vnde Cerauneos est Græco nomine dictus.

Nam quod nos fulmen Græci dixerunt Ceratum.

Qui castæ gerit hunc à fulmine non ferietur,

Sed neq; nauigo per flumina uel mare uectus
Turbine mergetur, nec fulmine percutietur.

Ad causas etiam uincendaq; prælia prodest,
Et dulces somnos & dulcia somnia præstat.

Huic binæ dantur species, totidemq; colores.

Cristallo similem Germania mittere fertur,

Ceruleo

MARBO DEVS DE

Ceruleo tantum infectum rutiloq; colore,
Mittit & hyspanus similem fulgore Piropi.

Glossa Nubibus illis) Si in nube luctatur flatus aut vapor tonitrua eduntur; si erumpat ardēs, fulmina. si lōgiore tractu nitatur, fulgetra, ijs finditur nubes, illis perrūpiatur, Pli. autor est. 2. lib. Et tūc demū cadit ille lapillus.

Turbidus & horrendum) Loco aduerbiorum posuit nomina, & hoc poetice.

Cuius apud Gracos) Non alibi q̄ in loco fulminis ictui proximo inuenitur Ceraunius. Græca enī lingua Κεραυνος fulmen dicitur.

Igneus æther) Igneus æther latinū ætheros est epithetō, sed græci dicunt ἔμπυρος, qđ sonat etiā ignitus.

A' fulmine non ferietur) Et eius sortis est Laurus, si Pli. credius li. 2. ca. 55. arbor Appollini, q̄ est fulminifer sacra, unde eleganter Lippius Poeta suę etatis primus: Missa triumphalem non tangunt fulmina laurum,

Cingant belligeri tempora leta duces.

Nec domus) Quia finis & mediū conueniunt carnis, leoninū dicitur. Si cui aurium sit iudicium, facile notat sonum, non lepidū admodum auditu.

Germania) Plinius habet Carmania lib. 37. cap. 9. quæ est regio orientalis prope Indianam & mare rubrū. Eius meninit Strabo lib. 3.

Cæruleo) Cæruleo id est cæsio, quasi cœluleo: nam cœruleū mare dicitur à cœli colore, quē græci nominat

γλαυκα

$\gamma\lambda\alpha\nu\kappa\circ\delta$ à noctua, cui talis est color, ait Sipontinus.

Pyropo) rubenti, ut splendescit qualitas ignis.

Rutiloq; colore) Si in die ceciderit habet fulgorem sydereum, teste Isidoro.

Sotacus tradit apud Plini. lib. 37. ca. 9. Cerauncas aliquot esse securibus similes, & his liceat urbes expugnare & classes, easq; Betulos uocari. Aliquot item rotundas Cerauneas nominatas, quibus nulla uirtus adscribitur. Isidorus tamen eiusdem operationis utramq; gemmam participem testatur.

C R I S T A L L U S . C A P . X X I I .

De Cristallo Plinius lib. 37. cap. 2. Solinus cap. 22.
Isido. lib. 16. cap. 13. Gregorius in Ezechie. cap. 1. Albertus lib. 2. cap. 3. Anglicus lib. 16.

Cristallus glacies multos durata per annos;
Ut placuit doctis qui sic scripsere quibusdam
Carminis antiqui, frigus tenet atq; calorem.
Pars negat, & multis perhibent in partibus orbis
Cristallum nasci, qua non uis frigoris ulla est,
Nec glacialis hyems nunq; uiolasse probatur.
Sed certum cunctis, neq; stat uiolabile tanquam
Quod lapis hic soli subiectus concipit ignem,
Adnoto sq; sibi solet hic accendere fungos.
Hunc etiam tritum quidam cum melle propinant
Matribus, infantes quibus assignantur alendi,
Quo potu credunt implerier ubera lacte.

Christallus

MARBO DEVS DE

Cristallus glacies) Cristallus lapis est ex aqua pia-
rissima sub terra congelatus per multos (uidelicet tria-
ginta) annos, teste philosopho. Vnde græcum nomen ha-
bet κρύσταλλος, id glacies sonat.

Vt placuit doctis) Diodoro, A. Gellio ex Aristotelis
libris, & Senecæ naturalium questionum lib. 3. Et Eccle-
siastico cap. 43. Aquilo flauit & gelavit cristallus ab
aqua, & Plinio. in. 37.

Frigus tenet atq; calorem) Absq; calore legendum
censeo, dicit enim Plin. calor is impatiens est, nec aliud
quam frigidum ferre potest Cristallus.

Pars negat &) Arnoldus cuius frequenter meminit
Vincentius in speculo suo, homo non indoctus in libro
de lapidibus, Christallum non uehementia frigoris in
glaciem conuerti scribit, sed potentia terrestri indure-
scere instar aquæ congelatæ. Nam et hæc in regionum
partibus etiam reperiatur, ubi solis ardor uehementissi-
me estuet, cuius opinionē non nihil comprobat Solinus.
Facile tamen crediderim ex glacie lapidem formari,
præseruum cum aliquando pluvialis aqua non frigoris
rigore, sed terræ in quam ceciderit proprietate, et etiā
lignum in lapides transformentur. Huius signum est
lapis qui Corallius dicitur, qui absq; dubio de lignis ge-
neratur & plantis. Scribit Albertus q; aliquando ar-
bor in quam aues nidificarint cum avibus in mare
aliquid iuxta ciuitatem que est Lubicensis, sit ui &
impetu

imperuuentorum de litore deiecta, unde fortassis propter aquæ conditionem & arbor & aues lapidum tulerint sortem. Et aliud cui fidem adhibetdam censem: In Gothia inquit fons est, quicquid huic immittitur lapide scit, unde imperator Fridericus rci incredulitate percussus chirotecami anulo signatorio notatum (ut probaret si quid ueri esset) immisit, que ex illa parte que fuerat immissa, paucis diebus lapidea cum signo est reperta.

Accendere fungos) Oculo solis subiecta fungos accedit, si frigida est; calida enī nihil operatur, dicit Plin.

Implerier ubera lacte) Si lac fluere desierit ex calida causa, ut scribit Isido. lib. 16.

Sumptus in potu ualeat contra Colericā & uiscerē passionem, si non adsit constipatio, eodem dicente.

DIADOCCHOS. CAP. XXIIII.

De Diadocco Plinius lib. 37. cap. 10. Alber. li. 2 tract. 2. cap. 4. sed male ibi scribitur diacodos. Anglic. de proprie. rerum lib. 16. Siluat. Pandect. ca. 412.

Diadochos per quam responsa petentibus aptus Demonis effigies uarias ostendere fertur,
Nec lapis est alius qui fortius euocet umbras.
Sed si defuncto quis forsitan applicet illum,
Protinus asseritur solitas anuiter euires.
Namq; lapis sacer est, & quæ mors sternit abhorret.
Hunc autem perhibent similem fulgore Berillo.

MARBODEVS DE

Glossa: Dæmonis effigies) Sunt quidam magicis quibusdā preculis etiam non intellectis, dæmoniacos effigies, & umbras mortuorū flectentes, ut ad singula interrogata diligenter respondeant. Magis uero impie & cum periculo, q̄ Christiane cum securitate. Tales Arnoldum de noua villa in suam pharmaceutriam inseruisse legimus, & M. Varronem in coxendicem. At huic qui tam impias nugas spernit, satis est diadochos.

Sed si defuncto) Tam pura tantæq; sinceritatis ex propria natura est hæc gemma ut cadauerorum neque at ferre impuritatem, scribit Albertus, quibus plerumq; inest aut malus foetor, aut exoticæ forma, ut uidemus indies.

Euocat umbras) Magi cadauera faciunt reuiuiscere, & ex sepulchris exire umbras, ut de Herichtho legitur apud Lucanū in. c. li. Vnde Ouid. de Amoribus: Euocat antiquos proauos, at auos sq; sepulchris,

. Et solidam longo carmine findit humum.

Lapis sacer) Sacratam esse hanc gemmam uitæ augor, quæ morti est contraria, unde corruptionē mortis abominatur. Scribit tamen Albertus posse reperiri aliā rationē ex libris magorū Hermetis, Ptolomæi & Thebich, quos libros ad manus non habemus.

DIONYSIAS. CAP. XXV.

De Dionysia Vincentius lib. 9. cap. 65. Plin. li. 37. cap. 10. Isido. lib. 16. Albert. lib. 2. cap. 4.

Nigra

Nigra micat rubeis Dionysia consita guttis,
Hanc in aqua tritam uinum fragrare loquuntur.
Et tamen ebrietas ipsius odore fugatur.
In quo naturæ solito nihil ordine currit:
Dum lapis è lympha uini producit odorem;
Quamq; citare solet uinum fugat ebrietatem.

Dionysia) Dionysius Bacchus est, quasi Æs, hoc Glossa.
est Iouis filius. Hinc dicta hæc gemma dionysia, q; uini
fragrorem habeat, ut Isido.lib.16.

Fragrare) Id est odorem spirare, quia specie fracti
odor redditur maior.

Odore fugatur) Sobrio adhuc homine uetat ne ine-
brietur sitiens. Nam odor ex hoc lapide bibendi desi-
derium faciat. Talis ad extremos fines Indiae est terra,
ab oriente circa fontem Gangis, quæ ex uehementi fra-
grore florum, herbarum & sylvestrium malorum A-
stomorum gentem absq; cibo & potu nutrit, si tamen fa-
dem queris, legit A.Gelli.lib.9.cap.4. Plin.lib.7.

Ordine naturæ) Secum dissidet natura, cum lapis
ex aqua uinum elicit. Sed quosdā est reperire qui præ-
ter naturæ dissidium ex uino elliciant aquam, potissimum
cum bibant ut oculos lachrymis obortis fluentes cre-
bro tangere cogantur, aquam à uino separantes, quam
immiscuunt caupones in hospitum (ut ipsi dicunt)
gratiam, ne cito ebrietatis sentiant fœdissimam ac-

MARBODEVS DE
Oceaniq; latens in littoribus reperitur,
Aut Aquile nidis, aut Persarum regione,
Quem gemini Pollux Castorq; tulisse leguntur.

Glossa Ethites à colore Aquilæ candicante cauda, iuxta
Plin.lib.37.cap.ii. Nam ἔτος aquila sonat, unde à
quibusdā, teste Alber, & Aquileus dicitur, aliqui dixerū
Gagatem, ut asserit Plinius lib.10.cap.3.

Louis ales) E uolucribus sola aquila fulmen non sen-
tit, unde armigeram Louis consuetudo iudicauit, & sic
Louis alitem, cuius rei testimonio est Plin.lib.2.cap.55.
& lib.3.cap.10. & cap.5. Possum quoq; Luciani poe-
ticum huc applicare, q sub forma aquilæ Iouem ab Ida
Ganimedem rapuisse scribit, unde (quia ipse in aquilā
pater deorum atq; hominum sese formauit) facile credi-
derim, hanc uolucrem Ioui in delitijs & sacram fuisse.

Auertere casus) Albertus dubitare uidetur cur hanc
gemma in nido habeant aquilæ. Hic autem habes ra-
tionem spectatam utcunq;, præsertim cum tantæ uir-
tutis sit habilis Ethites. Non tamen latet nos alios alia
adducere, ut quendam apud Albertum, q, habeant huc
ad mitigandum calorem ouorum aut corporis aquilæ,
ne oua nimis calefiant. Aliuq, conferat ad formatiōem
& ad futurum habitum pullorum. Sed nostri instituti
nō est, cuiusq; reis singulorum autorū ostendere causas.

Abortiū) Abortus causas plurimas in. 7.libro
cap.7.

cap. 7. Plinius enumerat, mulieribus obseruandas, quae
rum una est, inquit, à lucernarum odor extinctu.

More prægnantis) Est lapis iste prægnans intus,
cum quatias alio uelut in utero sonante, Plin. autore.

Leuo lacerto) Et cruribus alligatus prægnantis ma-
turat partum, scribit Isidorus.

Ethitis quatuor genera Plinius lib. 37. cap. 21. inue-
niri ait, Marem & fœminam. Vnum namq; Ethiti in
Africa nascentem pusillum & molle, intrase ac ue-
luti in alio habentem argillam suauem, candidam, ip-
sum fricabilem, quem fœminei sexus putant. Marem
uero, qui in Arabia nascitur, durum, galle similem aut
subrutilum, in alio habentem durum lapidem.

Tertius in Cypro inuenitur, colore illis in Africa na-
scientibus similis, amplior tamen ac dilatatus, cæteris e-
nim globosa facies, habet in alio harenam iocundam
& lapillos, ipse tamen mollis ut etiam digitis fricitur.
Quarti generis Raphiusius appellatur, nascens iuxta
Leucadem in Rhaphiusa, qui locus est dextra nauigan-
tibus ex hac ad Leucadem. His eleuauit fidem Pli. te-
stimonio lib. 36. cap. 21.

EN HIDROS. Caput. XXVIII.

De Enhyd. Pli. li. 37. cap. 11. Solin. cap. 50. Albert.
li. 2. tract. 2. c. 5. Etyndros habet, Isido. uero Enydros.

Perpetuis fluctus lachrymis distillat Enhydros,
Qui uelut è pleni fontis scaturigine manant.

D + Cuius

MARBO DEVS DE

Cuius naturæ graue sit deprehendere causam,
Nam si decurrat lapidis substantia, quare
Non minor efficitur, uel non omnino liquefit?
Si res exterior descendat ad interiora,
Ut semper refluat, cur se non impedit ipsum?
Scilicet ingrediens contrarius egredienti.

Enhidros lapis est ab aqua uocatus, quasi aqueus,
semper est rotunditatis absolutæ, in candore leuis, sed
ad motum fluctuat intus in ea, ueluti in ouis liquor, sic
Plinius habet lib.37.cap.11.magnitudinis est auellane

Graue sit deprehend.) Quod ingrediens (nucis
non repellat egredientem, qui fiat durum est fingere,
nisi ex hoc quod Albertus effinxit: Ex substantia pro-
fecto, inquit, huius lapidis nō ueniunt guttae, sed ex ni-
mia frigiditate qua tenetur, quæ aerem propinquum et
se tangenter in aquam mutat. Hanc quidem rationem
teste Siluatico, Albertus ex Euace sibi adscripsit.

Quod tamen multū emolumenti aut gratiæ hæc gem-
ma conserat, nondum reperi. At guttae inquit Albertus
febricitantibus sunt remedio.

GAGATE S. Cap. XXIX.

De Gagate Plinius lib.36. cap.19. Solinus cap.34.
Galenus lib.9.cap.8. Auicenna lib.2. Albert. lib.2.
cap.7. Vincen.lib 9. cap.23.

Nascitur in Licia lapis et propè gemma gagates,
Sed genus eximium foecunda Britannia mittit.

Lacidus

Lucidus & niger est, leuis & leuissimus idem.
 Vicinas paleas trahit atritu calefactus,
 Ardet aqua lotus, restinguitur unctus oliuo,
 Prodest gestatus tumidis intercute lympha,
 Et dilutus aqua dentes firmat labefactos.
 Per suumigum mulieri menstrua reddit,
 Accensus prodit sumi nitore caducos,
 Effugat immites simili ratione Chelydros,
 Eversos uentreis iuuat & præcordia tensa,
 Inde demonibus contrarius esse putatur.
 Vincit præstigias, & carmina dira resoluit,
 Et solet (ut perhibent) deprehendere uirginitatem.
 Prægnans potet aquam triduo qua mersus habetur,
 Quo uexabatur partum cito libera fundit.

Gagates lapis, nomen loci & annis habet Gagis Glossa
 Lycie, quæ est minoris Asia regio inter Pamphiliam
 & Cariam, cuius descriptionem Plin. habet li. s. ca. 27.

Lapis & propè gema) Et sic Dioscorides. Est lapis
 inquit ut gema, unde anuli sunt, Schwartzer augstein.

Sed quia lapidis mentis facta est, unde lapis dicitur ex Isidori .16. libro operæ pretium fore adiungere
 duxi: Quia lapis, dicit, & pedem ledat eihymum habet.
 Sed aliud sunt Cautes, inq, aspera nempe saxa in mari
 dictæ à cauendo quasi caute. Et item aliud Murices,
 nam petræ sunt in littore similes muricis, nimis acutissi-
 ma, et nauibus pernitiosæ. si con uero saxum, quod hu-

MARBODEVS DE

manæ uocis sonum captet, & uerba loquentium imitatur, eicon enim græce, latine imago dicitur. Licet hoc quidem & locorum natura eueniaat, & quandoq; conuallium. Sed calculus lapillus est terræ admixtus, rotundus atq; durissimus, & omni puritate leuissimus, Dictus namq; & sine molestia breuitatis suæ calcetur. Cui cōtrarius est scrupulus, lapillus minutus & asper, q; si inciderit in calceamentū nocet & molestus est, unde & animi molestiam scrupulū dicimus, hactenus Isidor.

Britannia) Id est Anglia, eius gemmæ sœcunda, insula oceani inter septentrionem & occidentem, cuius sitū describit Plin.lib.4.ca.16. & Strabo Geograp.li.1.

Leuis & leuissimus) Leue quando priorem syllabā corripit, significat id quod sine pondere est, unde leue stipulam dicimus. Et quandoq; transfertur ad animum, unde leues dicimus homines incōstantes, uileis, & nullo honore dignos, quemadmodum ē contrario graues uocamus constantes, seueros, prudentes, testis est Petrus rottus. Hinc Poëta gagatem leuem dicit, qui ut Plin. ait. non multum distat à ligno, & sic natat in æquore quandoq;. Cum uero leue primam producit, significat id quod tactu asperum non est sed politum: Ut leue marmor. Sic igitur gagates leuissimus dicitur, quia planus est & leuigatus. At quemadmodū per nomina leuis & leuissimus diuersa intelliguntur significata, sic etiā diversitati gagatis attribuēda sunt. Nā duplex, teste Isidoro

doro, situs illius lapidis est, Glaucus quē lucidū dicit & leuissimū, quia planus. Niger quem leuem, nam pumicatus est, unde parum ponderis habere fertur.

Dicit tamen Albertus, q. & unus crocei coloris reperiatur, qui perlucidus sit ut Topasion.

Tumidis intercute) qui hydropim patiuntur, hoc est morbum intercutaneum, de quo Cor. Celsus lib. 3. cap. 21. si gestauerint hunc lapidem, liberantur morbo.

Per suffumigū) Id est suffumigationem uel suffimentum. Non multum refert etiam si legas suffimentum,

Menstrua reddit) Restrinxuit suffocationē matri-
cis, quā etiā strangulationē uocant latini, hoc est mor-
bū curat cui sole mulieres, ut in Pli.legius li. 7. cap. 15.
obnoxiae sunt, q nascitur q̄ si mulier menstrui nō habet
exiū naturale, & frequenter cadit & nihil sentit. De
menstruis Aristot. lib. 7. cap. 2. At lapide bene triū
ponas sup carbones ardentes, ut fumigationes mulier
bene tecta ad se admittat, sic purgabitur inquit Diosco-
rides sine damno & dolore.

Accensus prodit) Deprehendit santicum carbuna
suffitus gagatis, ita Plini.lib. 36. cap. 19. Dioscorides
autem in aceto sumptus, Epilenticos inquit erigit.

Chelydrus serpens est, fumum emittens qua serpit,
ut Perotto placet, sed intelligi serpentes genere non de-
terminato, mult Poëta.

Simili ratione) quæ est per fumū. Et sic cornibus
ceruinis

M A R B O D E V S D E

ceruinis accensis utrilibet, odore serpentes fugantur,
et comitiales morbi deprehenduntur: huius rei testis
est Plin. lib. 8. cap. 32. Vnde ornithophijs admonet M.
Varro. li. 3. de re rust. cornu ceruinū sed usū adbiberi.

Euersos uentres) Stomachi nomine Plinius lib. 11.
ca. 37. postremam gulæ partem accipit. Huic dicit mox
adnectatur uenter, qui aliquando subuertitur, ita, ut im
missum cibum amplius capere non possit. Passionē hanc
uentris aut stomachi subuersionem Albertus uocat. Ni
uclimus intelligere uentres quos Coelius lib. 3. cordi ex
medicorū pœnu attribuit, qui tamen nō subuertuntur.

Precordia tensa) Diaphragma dicitur membrana
illa quæ cor ab intestinis diuidit instar rhetis, à Latinis
præcordiū, quasi ante cor positum, sic Cor. Celsus li. 4.
Auicenna autem Gagates ait, qui est genus electri uel
succini proprietatē habet confortandi cor et letifican
di. Vnde p precordia, q cor ipsum intelligat auguror.

Demonibus esse contrarius) Plotinus philosophus
scribit animas hominū dæmones esse, et ex hominibus
fieri lares si bene meriti sint: Lemures siue laruas, si ma
le. Manes autem dici, si incertum sit bene an male me
riti fuerint. Laruas quippe esse noxios dæmones, ex
hominibus factos. Hos Græci cacodæmonas uocant.
Lares aut̄ Eudæmonas, hoc est beatos, h. ec ex August.
de ciuita. Dei lib. 9. At Cacodæmonas et Eudæmonas
interpretari licet, inquit A. Faber Ferrariensis, Geniū
malum

malum et bonum, ad prisorum opinionem, qui singulis binos genios attribuerunt, quorum alter perniciem moliretur, alter iuuare studeat, cuius sententiae fuit Em pedocles, citante Plutarcho in libello de animi tranquilitati. Quo ptinet illud Brutus, quod in eius uita memoria morat idem Plutarchus. Nam Bruto cum dies ille talis immuneret, et in Asia nocte ferme intempesta ex more uigilaret in tabernaculo, lucerna iam emoriente, uidere uisus est personam quandam tragicam, et humana specie maiorem. Atque ille protinus ut erat animo interrito percotatus est, quis nam esset, aut hominum aut deorum. Cui illa cum murmure: Tuus sum Brute genius malus, Philippis me uidebis. Eadem itaque imago rursus apparuit consligenti Philippis, que quidem illi pugna postrema fuit.

At hoc loco per dæmones aliud intellige, uidelicet phantasmata melancolica, quibus est remedium gages, quæcumque dæmones uocantur ab Euace, qui est Pandectarum. 430. capite.

Vincit præstigias) Magicas præstigias vincit, per quas, ut Seneca scribit, messes in agros præstigiatores inferre possunt. Vnde in duodecim tabulis cautum erat dicit Merula, ne quis alienam segetem pelliceret; Ad hoc Verg. Atque satas alio uidi traducere messes. Consimilia sunt apud Ouid. de remed. amoris.

Dira carmi, id est incantatioes. Oui. in Amoribus:

EHOCEB

MARBODEVS D'E
Euocat antiquos proaos, at auosq; sepulchris;
Et solidam longo carmine findit humum.

Ad hoc Verg.

Carmina uel cœlo possunt deducere lunam.

Tibullus.

Cantus & è cœlo deducere lumina tentat.

Deprendere uirgi.) Si huius lapidis mulieri detur
limatura, quæ sentit carnis maculam mingit : si autem
incorrupta est, tenet urinam, dicente Albert. li. 2. ca. 7.

Etiam si conteratur in puluerem cui accedat ceræ
commixtio ut faciat emplastrum, illud depellit strumas
in collo, nam libet credere Dioscoridi lib. i.

GAGATROMEVS. CAP. XXX.

De hoc lapide Albert. lib. 2. Tracta. 2. cap. 7. Sed
Gagatronica habet Siluaticus Pandecta. cap. 424.

AST diuersicolor quem dicunt Gagatromeum
Pelli capreoli similis lapis esse refertur :
Quem qui portarit dux pugnaturus in hostem.
Hostem depulsum terraq; mariq; fugabit.
Illijs Alchites ope multa pericula uicit,
Succubuit quoties lapidem non sustulit illum.

Glossa. Dicit Auicenna, q; uictores reddat se gestantes, &
hoc expertum sit in Alchite principe quodam, qui cū
secū habuerit hunc lapidem uicerit domi forisq; quan-
do uero caruerit, hostibus succubuisse comperitum sit.

Pelli

LAPIDIBVS PRETIOSIS. 32

Pelli capreoli) Caprae sylvestres sunt, unde capreoli dicti. Verg. Capreoli sparsis etiam nūc pellibus albo.

Pugnaturus in hostem) Hostem depulsum &c.) Figuram orationis nota Anadiplosim, id est reduplicationem, quæ summus carminis est ornatus, si non crebro intercurrat. De hac Cicero ad Heren. 4. lib.

GALACTITES. Cap. XXXI.

De Galacti. Plinius lib. 37. cap. 10. Solinus cap. 12. Auicenna lib. 2. cap. 407. cui lapis hic lacteus dicitur, Marbodeo cineri similis. Siluaticus autem ex uno lapide Galactite, qui lacteus à quibusdam, à quibusdam cinerius dicitur, duos fecit, fortassis nō admodum de industria. Albertus lib. 2. cap. 7. Galaricidem uel Galactiden nominat. Aristoteles. in lapidario suo etiam de hoc quædam.

HVnc lapidem cineri similem Galactita, dicunt
Quem mulsa tritum lac multiplicare bibenti,
Sit tamē ante cibos fuerit post balnea sumptus,
Aut ouis ex grauidæ lanæ traducere filum
Pertusolapii decet & circumdare collo,
Sic se portantis fœcundat ubera lacte.
Dat facilem partum simili ratione ligatus
Ad femur illius quæ parturiendo laborat.
At si muridato circumspargatur ouili,
Cum sale mixtus aquæ solis redeuntis in ortum,

Lacte

MARBODEVS DE

Lacte replentur oves, scabiesq; fugatur ab illis.
Præterea tantis ueteres hunc laudibus ornant,
Ut bona cuncta putent solum præstare gerenti,
Quæ simul à reliquis cuncta uirtute darentur.
Sed turbat mentem si clausus in ore liquefacit.
Hunc mittit Nilus, producit et hunc Achelous,
Lactis dat succum tritus lactisq; saporem.

Glossa

Gallactita) Est hic lapis colore et etiam sapore lac-
tis instar, dicit Plinius. Vnde lacteus nomen habet te-
ste Isidoro. Sed Dioscor. inquit, Lætheus dicitur, quia
precedentia mala ducit in obliuionem, unde mulierem
absq; labore parturire facit, doloris uidelicet oblitera
precedentis partum.

Tritum mulsa) Mulsa hydromel est, inquit Grapal-
dus, qđ Plin. dicente lib. 31. ca. 6. appetentibus ægris uia-
num datur, ueluti innocentiore potu. Hydromelis ra-
tione in quære apud Plin. lib. 14. cap. 17.

Solis redeuntis in ortum) Vesperi sol maturat in
ortum, hoc est, in locum unde exierat mane.

Scabiesq; fugatur) Austrinos uentos Landinus do-
cet scabiem inferre ouibus. At Petrus Valla Placenti-
nus illis obesse tineas affirmat, indeq; dici tineanas o-
ves à Plauto in Bacchidibus.

Præterea) Tali elogio hunc lapidem commendat
Dioscorides, scribens, si infascina portetur, pellat do-
lorem dentium. Et si quis secum portauerit qui principē
uel aliun

uel alium offendit in obliuione adducat principis uel alterius aduersantis iram, & dominum suū ex toto reddat omnibus amabilēm. Item Aristoteles lapis hic dicit, dum ponitur cōtra incendium, ignis extinguitur. Collo quoq; alligatus, salinam offert, autor est Pli.li.37.

Nilus ab ultimis Aethiopiæ finibus fluit ad Septentrionem, dicit Strabo. 15.lib. Praeclara quoq; est Aquicennæ de hoc sententia, qui Nilum inquit, ita laudo, ut bonitatis excellentia paucis admodū comparari posset fluminibus, nam mulierū partus insigniter adiuuat et unde & huius lapidis uim quam in nixu mulierum refert uenire auguror.

Achelous) Sunt fluuij Ionium irrumpentes sinum, & in Austrum uergentes Inachus, Achelous & Euenus, Strabo lib. septimo.

HIERACITES Cap. XXXII.

De Hieracit. Plinius lib. 37. cap. 10. Albert. lib. 2. cap. 7. sed corrupte ibi legitur Gerachides. Aristot. in lapidario suo. Barpth. Angli. lib. 15.

ET Hieracitem uetus experientia laudat,
Iste colore niger superat uirtute colorem,
Quem prius abluto si quis gestauerit ore,
Dicere mox poterit quid de se cogitat alter.
Huic quoq; semper inest imperatoria uirtus,
Quo nequeat mulier quicquam prohibere petenti.
Cuius sic uirtus perhibetur posse probari:

MARBODEVS DE

Muscis expositum corpus nudato gerentis,
Lactis commixto mellisq; liquore perunctum,
Intactum cupido miraberis agmine linqui.
Silapidem tuleris facto grege spicula figent,
Imbutamq; cutem figunt per vulnera mille.

Glossa. Hieracites à colore accipitris nomē habet, sed maioris uirtutis est q̄ coloris, inqt Poëta: Niger etenī qui color infamis est ex opinione Pythagorica, qui aiebat, qđ esset colore candido id ad boni naturam pertinere, quod atro, malo. Habentur apud Plinium colores tres præcipuitantum, lib. 21. cap. 8.

HIE N I A. Caput. XXXIII.

De Hienia Plinius lib. 37. cap. 10. Albertus lib. 2. ca. 8. sedibile legitur Iena. Solin. ca. 39. in Pande. ca. 434.

Tollitur ex oculis lapis extollendus Hienæ,
Dictus Hienia, quem ueteres (si credere dignū)
Fatidicum numen memorant inferre gerenti,
Quo queat imbutus prædicere queq; futura,
Sub lingua lotus si contineatur in ore.

Glossa. Ex oculis tollitur Hienæ, uel ut aliqui dicunt ex fronte, ut Aristote.

Hienæ) Hienis utrang; esse naturam, & alternis annis esse marem, alternis fœminam fieri, parere sine matre uulgas credit. Aristot. in. c. libro cap. 32. negat. Multa mira traduntur de hac, sed maxime q; sermonem humanum

humanum inter pastorum stabula assimulare, nomenq;
alicuius addiscere fertur, quem euocatū foras laceret.
Huius natura descripta apud Plinium, cuius predicta
uerba sunt, lib. 8. cap. 30.

HELIOTROPIA. Cap. XXXIII.

Plinius libro. 37. capite. 10. Solinus cap. 39. Albert.
lib. 2. Tract. 2. cap. 5. ubi Eliotropia scripsit. Aristot.
in lapida. Isidorus. 16.

Ex re nomen habens est Helliotropia gemma,
Quæ solis radijs in aqua subiecto Batillo
Sanguineum reddit mutato lumine solem,
Eclipsimq; nouam terris effundere cogit,
Deniq; post modicum uas ebullire uidebis,
Aspergiq; foras subitæ scaturiginis imbre,
Ut fit cum nimbos distillat turbidus aër,
Imbres de cœlo uocat, astringitq; serenum.
Sed quoq; gestanti dat plurima uaticinari,
Atq; futurarum quasdam prænoscere rerum.
Nosq; bone famæ quibus est data laudibus ornat,
Seruat & incolumes producens tempora uitæ,
Sanguinis astringit fluxum, pellitq; uenena,
Nec falli poterit lapidem qui gesserit illum.
Tot bona diuino data sunt huic munere gemmæ,
Cui tamen amplior his concessa potentia fertur,
Nam si iungatur eiusdem nominis herbæ,

MARE O DEVS DE

Carmine legitimo uerboq; sacrata potentia,

Subtrahit humanis oculis quemcunq; gerentem.

Hanc nunc Aethiopes, nūc Cyprus & Africamittit;

Sanguinis aspersum guttis, similemq; Smaragdo.

Glossa

Quæ solis radijs) Hæc gemma in opp. in aquatalem
uel in Batillū, hoc est in uasis aliquod genus (nam Pli-
nius uas habet non Batillus) posita, oppletum lucida a-
qua radios solis mutat, & ex aëris repercussioe obum-
brare uidetur radiorum solarium claritatem, & quen-
dam inducere in aëre sanguineum colorem, ac si sol ex
interpositione corporis lunaris ad solem eclipticas pati-
tenebras uideatur. Et ideo quia ita uidetur solis posse mu-
tare claritatem, Heliotropia, id est solis auersio nuncia-
patur, Hæc Dioscorides.

Deniq; post modicum) Hic cum Aristotele loquitur
poëta, qui Heliotropia dicit, si ponatur super aquā eu-
aporabit eam. Nam in nebulam resoluit scribit Vincen-
tius, que post paululum imbreu inducit: unde subiun-
git Marbodeus, Imbres de cœlo uocat &c.

Atq; futurarum) Propter quod templorum pontifi-
fices isto lapide utebantur, & maxime in festis Idolo-
rum, sic Albertus. r. capi.

Diuino munere) Habetur in libro de natura rerum
& omnibus gemmis à Deo insita sit nativa uirtus.

Eiusdem nominis herbe) Magorum impudentie, ut
manifestissimum hoc quoq; est exemplum, q; admixta
berba

herba eiusdem noīs (aliter solsequium, wegwart) Heliotropio, quibusdam quoq; additis precationibus gerentē cōspici negent, uide Pli. li. 37. cuius hæc ferè uerba sunt.

Aethiop. Cyprus & Aff.) Sed quoniam horum populorum, insularum & regionum nomina & situs frē omnibus sunt obvia libuit præterire hic. At quis color Smaragdo, uide literam S.

HEPHESTITES. Cap. XXXV.

De Hephe. Plinius lib. 37. cap. 10. Albert. lib. 2. ca. 1. sed Epistrites ibi legitur. Dioscorides quoq;

Nascitur in bimari pretiosior ære Corinþo,
Dictus Hephestites rutilans lapis et rubicundus:
Qui si feruenti fuerit coniectus aheno,
Ignibus exultans prius, illico sistitur unda,
Frigida post modicum lapidis uirtute futura.
Fructibus à terræ uolucres arcere locustas,
Et nebulas steriles, & grandinis improba fertur.
Verbera, nec turbo (quos protegit iste) nocebunt.
Ad solem positus radios emitit ut ignem,
Mirantes oculos præstringens luce corusca.
Accensas idem compescit seditiones,
Et tutum seruat dubia sub sorte gerentem.
Pectore sed memori fixum teneamus oportet,
Qua cor parte iacet lapides hos esse gerendos.

In bimari Corinþo) In bimari Corinþo ait, quo: Glossa
niam Isthmos Peloponesi promontorii, ubi sita est, ab

MARBO DEVS DE

altero latere Ionium, ab altero Aegæum mare habet, de quo etiā Solinus ca. 7. De Corintho scribit multa Strabo lib. 8. Hic imitatur poëta Horatianum carmen Ode 7. primi libri

Bimarisue Corinthis, Mœnia

Laudabunt alij.

Prætiosior ære) Ex antiqua gloria Corinthum laudatur æs, cuius sunt tria genera teste Plinio lib. 4. ca. 2. Candidum quod nitorem q̄ proxime argenti accedit. Alterum in quo aurifluus color conspicitur. Tertium in quo æqualis temperies omnium sit.

Dictus Hephesti.) Hoc est lapis igneus uel rutilans, nam ignem emittit ut Poëta facetur.

Sistitur unda) Causa huius rei alia esse nequit, nisi quod frigidissimus est, Quapropter in aquam bullientem proiectus, eius motum sistit: nam frigiditas sue cōplexiōis agere incipit. si testimoniu accipimus Alberti.

Locustæ) Locustæ à locis urendis uocatae, inquit Perottus, ob iacturam quam messibus afferunt tactu multa urentes, De his scribit Aristot. de natu. Ani. lib. 5. cap. 17. & cap. 28.

Sub dubia sorte) Si alea fortunæ iacta fuerit, præsens & efficax hic lapis est. Nam fortunæ quæ s̄epius appellatur sors, & anceps quidē, ut Verg. in Coriam bico suo ostendit, multum oppugnat, & ex dubia sorte indubitatum & felicem traducit euentum, si circa brachiū

chium sinistrum portaueris, ait Dioscorides.

HEMATHITES. Cap. XXXVI.

De Hemathite Plin.lib.37.ca.10. & li.36. cap.20.

Solinus ca.42. Galenus li.9. simpliciū in cap. Sedeneg.

Serapio aggrega. cap. 421. Albertus lib.2. cap. 5.

SVmpsit Hemathites græcum de sanguine nomen
Naturæ lapis humanæ seruire creatus,
Stiptica cui uirtus permulta probatur inesse.

Nam palpebrarum super illitus asperitatem,

Et uisus hebetes pulsa caligine sanat.

Eius ramentis si glarea mixta sit oui,

Succo dilutus quem punica mala remittunt

In medicinali ueluti collyria cotæ,

Vel resolutus aqua iuuat hos qui sanguinis ore

Guttas emittunt, & qui linit hulcera sanat.

Potatus stringit patitur quem foemina fluxum.

Carnes crescentes in vulnere pulueris huius

Vis premit, & uentrem retinet sine mora fluentem.

Vino dilutus ueteri bibusq; frequenter,

Serpentis morsus, uel quod fit ab aspide vulnus

Egregie curat, resolutus aquis & inunctus.

Mixtus melle potest oculos sanare dolentes.

Vesicæ lapidem bibusq; dissoluere fertur.

Hic ferrugineo rufoue colore notatur,

Affrica mittit eum, sed Aethiopes Arabesq;.

Hemathites) Hemathites inq; Platearius, q; a Hema Glossa

E + sanguis

M A R B O D E V S D E

Sanguis, thices siften s dicitur, habet enim stringendi fluxum sanguinis uirtutem, Ein plut stein. Aliter sanguis draconis, Auicenna.

Stiptica uirtus) Est constrictiva: nam ut hoc loco poëta scribit, & Alberto testante, ualet contra fluxum uesicæ, uentris, menstruorum, et hebetes oculos ex humida causa confortat & sanat.

Punica mala) Punici mali nouem genera sunt, ex his dulcia quæ apyranæ alio nomine dicuntur, stomacho inutilia habentur, inflationes enim pariunt, dentes, gingivæ, guasq; lœdunt. Quæ uero sapore maxime uimosa sunt, paruum nucleus habentia, utiliora intelliguntur, nam aluum siunt dicit Pli. cuius uerba hæc sunt li. 23. c. 10. Et horum succum Poëta intelligit, circa Carthaginem cognomen acceperunt, aliqui Granatum appellant, eodem dicente lib. 13. cap. 19.

Collyria) medicamenta oculorū collyria appellant. Cornelius aut Celsus tam oculorum quam fistularum collyria uocat, ut apparet in r. libro sue medicinæ.

Aspidis uulnus) Aspis ut apud Isidorū inuenies lib. 12. capite. 4. anguis est morsu uenenato pernitiosissimus. Eius diuersæ sunt species dicit, ut est Ipnalis qui somno necat, quem Cleopatra sibi apposuit, ut mortis sic quasi somno satisfaceret, ut est seps, & Emorroi &c. Cum sentit incantatorem Aspis qui eam carminibus euocet de cauerna unam aurem in terram premit, alterā cauā obtutu-

da obturat, & sic magicas uoces obaudiens non exit, de his & Plinius lib. 8. cap. 23.

Vesicæ lapid.) Qui est durior & maior ualde declinans ad albedinem, cū lapis renum sit leuior & minor, declinans in albedinem, sic Aucenna.

Affrica mittit) Hemathitis genera quinq;, præter Magnetem tradit Sotacus apud Plinium. Ex his principatum Aethiopico dat oculorum medicamentis utilissimo. Alterum uocari dicit Androdamanta colore nigro, pondere et duritia insigne, & inde nomine traxisse, præcipueq; in Africa repertum. Ad se aut argentum, aut æs ac ferrum trahere, sanguineum colorem reddere, & ad iecinoris uitia præcipui remedij. Tertium genus Arabici facit, duritta simili, uix redditis succum ad cotem aquariam, aliquando croco similem. Quarti generis Elathiten uocari dicit, quamdiu crudus sit, coctum uero militē, utilem ambustis. Quinti generis schistos hæmorroidas reprimit. In totū autem Hemathitas omnes tritos in oleo trium drachmarū pondere, à ieuis sumendos ad uitia sanguinis. Hæc ex lib. 36. ca. 20.

HEXECONTHALITHOS.

CAPVT. XXXVII.

De Hexecon. Solinus cap. 43. Plinius lib. 37. ca. 10. Albertus lib. 2. cap. 5. Apud Anglicum Excoliceros scriptum, sed perperam.

MARBO DEVS DE

HExeonthalithos lapis ex re nomen adeptus,
Quis exaginta modico gerit orbe colores,
Corporis exigui numero dispensia supplens,
Dum tot gemmarum fert gemmula sola decorem.
In Lybia lapis hic reperitur apud Trogloditas.

Glossa Hexeontha, id est sexaginta, unde sibi hoc nomen adoptauit, scribit Plinius. 37.

Trogloditarū regio que sit, querat. 11. ca. Carbunculus.

Nocet, inquit Albertus, uehementer neruis, propter quod etiam oculos hominis dicitur efficere tremulos.

HYACINTHVS. Cap. XXXVIII.

De Hyacinth. Plinius lib. 37. cap. 9. Isidorus. 16. Serapio aggregatio. cap. 398. Aristot. in lapida. Solim. cap. 42. Albertus lib. 2. cap. 8.

IAcinthi species docti tres esse loquuntur,
Nam sunt Granati, sunt Citrini, Venetiq;
Confortatiæ cuncti uirtutis habentur,
Tristitiamq; fugant, & uanas suspitiones.
Granatos prefert gemmarum quisq; peritus,
His rufus color est & rarius inueniuntur.
Cæruleus Veneto qui protinus aëra sentit,
Nubilus obscuro rutilans clarusq; sereno.
Optimus huic tenor est quem non de pressior equo
Obscurat succus, aut rarus perspicuum dat,
Sed flos purpureus mixtum componit utrunq;
Hic & in os missus plus frigidus esse putatur.

Duricie

Duricie solida cædi sculpitq; recusat,
Fragmentis tantum superabilis est Adamantis.

Pallida Citrinos facies probat inferiores.

Sed quodcunq; genus collo suspendere possis,
Vel digito portes terras securus obibis.

Nec tibi pestiferæ regionis causa nocebit,
Sed magis hospitibus censemere dignus honore,
Iustaq; si qua petes nullam patiere repulsam.

Athiopes nobis transmitiunt hanc quoq; gemmam.

Species tres) Tria genera sunt Hyacinthi. Est gen^sus rubei coloris, q^{ue} melius est alijs coloribus, & quando super additur carbonibus uel prunis magis rubescit. Est aliud genus crocei coloris, quod obscuratur in igne, & dicuntur isti Citrini. Tertium autem cærulei coloris est, quod Aethiopia mittit, & ignem non fert, qui dicuntur Veneti. Hæc ex Dioscoride.

Hyacinthus appellatiōem accepit à similitudine flos-
ris eiusdem nōis. Rittersporn. Nam & hic flos qui alio-
quando adolescens fuit in delitijs habitus Appollini, ut
Lucianus, colorem purpureū aut uolaceum habet. At
magis dilutus est lapis, Isidorus.

Confortatiuæ) Auicenna scribit de uiribus cordis, q^{ue}
hic lapis maxime imbecillitatē cordis pellat.

Opiūs huic tenor) Opiūa huic est dispositio, quæ nec
nimiu^m obscura est neq; clara nimiu^m. Ex lib. de nat. rerū.

Repulsam) Id est refectionē, quæ apud Romanos nō
solum

MARBODEVS DE

solum ijs qui repulsam habebant, uerum amicis quoq;
¶ familiaribus erat probri, si Anthonio Ferrariensi,
qui in præfationē Plinij non minus recte q̄ eleganter cō-
mentatus est, credimus. Illam Hora.in.i.lib.Epi.i.Re-
pulsam turpem uocat.

Vanas suspitiones) Melancolicam qualitatem illas
Suspitiones interpretatur Isidorus.

I A S P I S. CAP. XXXIX.

De Iaspide Albert.lib.2.cap. 8. Plin.lib.37.cap.8.
¶ cap.9. Dioscor.lib.5.cap.147. Gale.lib.9. simplici.
cap.ii. Aristot.in lapid.

IApidis esse decem species septenq; feruntur.
Hic ¶ multorum cognoscitur esse colorum,
Et multis nasci perhibetur partibus orbis.

Optimus in uiridi translucentiq; colore,
Et qui plus soleat uirtutis habere probatur.
Caste gestatus febrem fugat, arcet hydropem.
Appositusq; iuuat mulierem parturientem,
Et tutamentum portanti creditur esse.
Nam consecratus gratum facit atq; potentem,
Et sicut perhibent fantasmatu noxia pellit:
Cuius in argento uis fortior esse putatur.

Iaspis græce latine uiridis sonat. Nam tametsi mul-
Glossa. torum est colorum, uiridis tamen ¶ smaragdo similis
optimus est, scribit Isidorus.

Decem ¶ septem) Iapidis omnes species huc po-
ncre

nere longum est, sed bonitatem illius lapidis hic breuis
bus distinctam habes. Olim optima fuit quæ purpura
quicq; habebat. Secunda quæ rosæ. Tertia, quæ smar-
ragdo similis. Apud Plinium hæc et alia multa, cui igitur
cordi est de his maiora scire, satis habeat autorem
monstratum lib. 37. capi. 8. &c. Adscribam tamen
et hæc Philosophi ex Vincentio, qui dicit peregrinas
quasdam inueniri species ex Thete enumeratas. Nam
inuenitur, ait, in Iaspide homo scutū habens in collo,
et cuspiderem in manu, sub pedibus serpētem, qui habeat
contra omnes inimicos uirtutem. Item aliis in quo sit
homo habens fasciculum herbae in collo, cuius uirtus sit
omnes discernendi morbos, et sanguinem restringendi
quem Galenum in digito tulisse ferunt. Hinc cruce signatum
uiridem, et ne quis aquis submergatur efficacem, Hactenus Vincentius in specu. nat. lib. 9. cap. 77.

Et nasci multis partibus) Nam in India smaragdo
similis inuenitur, in Cypro glaucus et pinguis, in Per-
sia æris instar, in Phrygia purpurea, in Capadocia ex
purpurea cærulea atq; non resplendens. Thracia Indico
similem mittit, Chalcidia turbidam. Hæc Plinius.

Consecratus) Consecratione uidelicet magica et
caractere, ut in magicis docetur.

Iaspis) In capite Aspidis inuenitur lapillus Iaspidi
similis, qui miræ creditur esse efficacia et uirtutis, et
ideo quidam Iaspiderem quasi aspidem vocari uolunt, scribit
Anglicus

MARBO DEVS DE
Anglicus lib. 16. de lap. & metal. Et tot habet uirtutes
quot diuersas uenulas & colores. inquit Diosco.

Luxuriam cohibet, impedit conceptum, menstruum
restringit, et emorrhoidas, si in puluerē redigatur, da-
tus cum lacte curat, uisum acuit & confortat.

I R I S. C A P V T. X L.

De Iride Albertus lib. 2. cap. 8. Plini lib. 37. cap. 9.
Barph. Anglicus lib. 16.

IRIM dant Arabes, sed gignit eum mare rubrum,
Cristallo similem, cuius sexangula forma,
Clara luce micans fert causam nominis huius:
Nam si sub tecto radij sicut subdita solis,
Protinus inficitur paries, uarioq; colore
Arcus cœlestis depingit utranoq; figuram.

Glossa. Effoditur Iris, ut Plinius narrat, in quadam insula
rubri maris, que distat à Beronice urbe. 60. millia pas-
suum, lib. 37. ca. 9. Nos item inuenimus maximā copiā
horum lapidum in montibus Germaniae, qui sunt inter
Rhenum fluuiū & Treuerensem ciuitatē. Albert. li. 2.

Cristallo similem) Sexangulā ut Cristallum esse con-
stat, unde quidam radicem Cristalli esse dixerūt. Plin.

Causam nominis huius) Vocatur ex argumento I-
ris, ut Plinius ait, Nā sub tecto percussa sole, species et
colores arquus cœlestis in proximos parietes eiacula-
tur, subinde mutans magnaq; uarietate admirationem
sui augens.

Easdems

Easdem creditur habere virtutes quas & Berillus,
nisi q̄ tantæ non inuenitur quantitatis, Diosco.

Cooperatur hic lapis parturienti, uel ut citius pariat, uel saltem ut dolorem partus facilius sustineat, & non tantum de periculo pertimescat.

Iridis colores inter naturæ mira esse neminem præterit, quod maximo arguento esse potest, quia à pictoribus eiusmodi forma, species uero colorum exprimi non queat, unde super omnem Iruu dicitur, quod adagionis formam habet, de ueste splendida, coloribus uariantibus, ac omnino cōtexta pretiosius: sunt hæc notata ex 12. antiquar. lect. Cœlij.

LYNCURIVS. Cap. XLI.

De Lyncurio Albertus lib. 2. cap. 10. Mineraliū, ubi scriptum est Lygurius. Et idem de animalibus lib. 22. Solinus cap. 8. Plinius lib. 37. cap. 2. & 3. & lib. 8. cap. 38.

Vertitur in lapide qui stillat ab inguine lyncis: Lyncuriū dicunt, lapis est tamē hic pretiosus: Nam credunt ipsas hoc præsentiscere lynces, Quæ mox egestum properant operire liquorem, Desuper accumulant congestæ pondus harenæ, Scilicet inuidia ne nostros cædat in usus. Electro similem Theophrastus habere colorem Hunc ait, & simili paleas adducere pacto, Affirmans ipsum stomachi placare dolorem.

Ictericis

MARBO DEVS DE

Ictericis etiam priscum reuocare colorem,
Et perturbati compescere reumata uentris.

Lyncurius) Linx animal perspicax est oculis, ita ut secundum Poëticas fabulas corpora solida penetret, linguam habet serpentinam, quam ultra modum extendit, collum circumagit, & lupo longior est. De urina eius dicitur nasci lapis lyncurius, sed inuidere homi fertur, adeo ut urinā sub harenis abscondat. Hæc Albert. de natu. anim. lib. 22. Confinia sunt apud Plinium li. 8. cap. 38. Et lib. 11. cap. 47.

Ab inguine) q; est à pudendis. Et hoc modo dixit Horatius Sermo. 1. lib. Saty. 8. Fures dextra coercet, Obscenoq; ruber porrectus ab inguine palus.

Electro similem) Electri color quis sit, habes in cap. Chrysolectros .18.

Paleas adducere) Nec folia tantum aut stramenta ad se rapere, sed æris etiam ac ferri laminas, quod Dia- cles & Theophrastus credit, testante Plin.

Ictericis priscum) Icterus morbus cum per totum corpus bilis suffunditur, quæ interdum nigra, interdū flava est. Dictus autem ab ictero aue quam galgulū dicimus, aliquando ficedulam crocei coloris. Hic & regius morbus à Plinio dictus lib. 37. cap. 10. q; mulso positionis genere in delitijs regum habito curaretur, inquit Varro. Et aurigo à colore auri, quia citrinum efficit hominem. Et aliquando Argutus, & stringat humana corpora

LAPIDIBUS PRETIOSIS. 41

corpora, ut in arcum ducat, de his multa Angli. lib. 7.

Reuma quilibet fluxus est, talis fuit causa accelerationis mortis Manasse, ut est scriptum Iudith. 8. cap. Reumatismum Barpth. Anglicus describit lib. 7. Eius quod meminit Plinius lib. 22. cap. 18.

Hic lapis Lyncurius frigidæ & siccæ complexionis est, rotundus, ualēt præcipue vulneratis, & à vulnera ferram extrahit, Aristot.

LIPARES. CAP. XLII.

Plinius lib. 37. cap. 10. Vincentius lib. 9. cap. 80.
Albert. lib. 2. cap. 10. In Pandectis. 442.

Partibus in Lybicis lapis est Lipares uocatus,
Ad quem sponte sua properat genus omne ferarum
Quas uenatorum scuit labor exagitare:
Non eget ergo canum morsu curauic sagaci
Saltus perlustrans, lapidem qui gesserit istum,
Sternendæ satis est uenabula tollere prædæ.

Glossa.

Proprietatē illius gemmæ (si modo uerū est) potentiæ diuinæ iuxta Albert. acceptam referre debemus.

MAGNES. CAP. XLIII.

De Magnete Albert. lib. 2. cap. 11. Beroald. in annotatione in Galenum. Plin. lib. 36. cap. 16. & li. 34. ca. 14. Augusti. de ciuit. Dei lib. 21. Constantinus in lib. grammaticum. Serapio. 394. Galenus lib. 9. cap. 10.

F Magnetæ

MARBODEVS DE

MAgnetes lapis est inuentus apud Trogloditas,
Quē lapidū genitrix nihilominus India mittit.
Hic ferruginei cognoscitur esse coloris,
Et uia naturae uicinum tollere ferrum.
Ededon magus hoc primum ferē dicitur usus,
Conscius in magica nihil esse potentius arte.
Post illum fertur famosa uenefica Circe
Hoc in præstigijs magicis specialiter uisa.
Hic & apud Medos cum res uenisset in usum
Detexit lapidis magis experientia uires.
Nam qui scire cupit sua num sit adultera coniunx,
Suppositum capiti lapidem stertentis adoptet,
Mox quæ casta manet petit amplexura maritum,
Non tamen euigilans, cadit omnis adultera lecto,
Tanquam pulsa manu subito terrore coacta,
Quem lapis emitit celati criminis index.
Si fur claustra domus spolijs gazisq; referta,
Ingrediens prunas ardentes per loca ponat,
Et super aspergat magnetis fragmina prunis,
Et per tetragonum sumi calor alta uaporet,
Mentibus euersis uelut impediente ruina
Defugient omnes in ea quicunq; manebunt,
Et fur securus rapiet quæcunq; libebit.
Conciliare potest uxoribus ipse maritos,
Et uice conuersa nuptas reuocare maritis.
Gratia præstatur simul & suadela per ipsum,

Sermonisq; decor, disceptandiq; facultas,

Magnes lapis Heraclius dicitur, teste Beroaldo, q; Glossa. in celebri græcorū est prouerbio, de his (ut Beroaldus ait) qui ad se omnes trahunt, ut Magnes ferrum. Vocatur autem Heraclius ab Heraclia ciuitate Lydie uel Magnesiae, ubi laudatissimus Magnes cognitus, unde et nomen, qđ Lucretius euidēter ostendit his uersibus:
Quem Magneta uocant patrio de nomine Graij,
Magnetum quia sit patrijs in montibus ortus.

Plinius tamen sentit ab inuentore Magnete armentario nomen inditum lapidi, hic pastor fuit in India, qui cum crepidas haberet clavis combinatas, hinc inde cū pasceret ambulans, uenit ad locum ubi magnes latitabat, qui uisua clavos omnes extraxit, unde inueniendi facta est occasio. Syderiten alio nomine appellant, q; ferrum trahat, Plinio dicente. Vide Erasmus in prouerbio, Heraclius lapis, qui rem tractat hanc eleganter ut omnia.

Genitrix India) Gemmarum fertilitatem in India signat Plinius lib. 37. Vide tamen Marbodei. 5. caput Ameth. ubi Indianam nutricem nominat gemmarum.

Circe uenifica) Circe filia Solis & Persæ nymphæ, homines ad se uenientes carminibus magicis, poculis et uirga, in quas uellet mutabat formas. De hac multæ Homerus. Vide tamen Erasmi Chilades. in prouerbio Ex eodem ore calidum & frigidum efflare.

MARBODEVS DE

Famosa) Capi potest dictio famosus in bonam & in malam partem. Apuleius libro. ii. Metamor. famosum cum laude, & in bonam usurpat. Similiter Cicero in oratione aduersus Valerium, sed idem quoq; lib. 2. de oratore in malam, dicens: Nam me ad famosas uetus mater accedere. Sed quid hoc loco significet, facile intelligis, forte Circem cuius fama apud multos circumuolet, nam & hoc modo Horatius lib. i. Oda. scripsit, Fabulosus Hidaspes, q. ob suam magnitudinem ab omnibus decantatus sit Poëtis.

Gazis) Gazā Persæ ærariū uocāt, ut scribit Mela.

Per Tetragonum) Hoc est, per quatuor angulos, τετράγωνος enim quadrangularis latine significat, sed quia figura quadrangularis est perfecta (continetur enim quatuor lineis æqualibus, quatuor quoq; æquales habens angulos, & semper stat recta, eodem modo se habens, nam portiones omnes æquales sunt) uirum bonum ac felicem semper eodem se habentē modo, et uirtutum potestate, quibus insignis est, retinentem in omnibus æqualitatem quandam Tetragonum uocamus, cuius rei testem accipe Ludo. Cœlium li. 10. ca. 14.

Et suadela) Id est persuadendi ea. Hanc Angelus Politianus miscella. cap. 91. Suadam & Pytho nomiat. Et huius meminit Hora. Epist. ad Numitū lib. 1. At bene nummatum decorat suadela, uenusq;

Hic lapis potui datus, est optimū remedium ei, qui de ferro

ferro toxicato vulneratus est. Et ualeat ad sagittam uel gladium extrahendū de uulnere, scribit Galenus. Eius puluis datus in succo fœniculi, contra hydropisim efficax est, ut Platearius.

Quum autem omnibus patet D. Augustinū extitisse uirum incomparabilis fidei, libuit & ab eo uisum miraculum hoc adscribere de magne. Magnetem lapidem nouimus esse mirabilem ferri raptorē dicit, qđ cum primum uidi, uehementer exhorru. Quippe cernebam à lapide ferreum anulū raptum atq; suspensum, deniq; tanq; ferro quod recuperat, uim suam dedisset, cōmunemq; fecisset, idem anulus alteri admotus est, eundemq; suspēdit, sic accessit et tertius & quartus, iāq; sibi per mutua circulis nexis, non implicatorum intrinsecus, sed adhærentium extrinsecus, quasi cathena pepenerat anulorum. Quis istam uim lapidis non stuparet? quæ illi nō solum inerat, sed etiam per tot suspensa trāſibat, & inuisibilibus ea uimculis subligabat. Hæc Augustinus de ciuit. Dei lib. 21. Sunt apud Plinium lib. 34. cap. 14. his Augustini uisis consimilia.

MOLOCHITES. Cap. XL IIII.

De Molochite Albert. lib. 2. cap. 11. Plin. lib. 37. ca. 8. Solinus cap. 45. Siluaticus Pandecta. cap. 448.

Infantum cunas uirtute sua Molochites Protegit, et casus abigit quo scunq; ferimos. Neteneros artus pars possit iniqua nocere,

MARBODEVS DE

Dat lapidi pretium uirtus cumulata decore.

Crassum quippe uirens similis solet esse smaragdo,

Hunc Arabum gentes prius inuenisse feruntur,

Glossa. Molochites à colore Maluæ nomine accepit si Pli. cre

M E D V S. Cap. X L V. (dimus

De Medo Dioscorides in proprio capite. Plin. lib.

37. cap. 10. Albert. lib. 2. cap. 11.

A ST in Medorum regione lapis reperitur,
Dicitur hic Medis mortis dator atq; salutis.

Nanq; super cōtem mulieris lacte solutus,

Quæ semel atq; mārem peperit, persanat inunctus

Visu fraudatos, multo iam tempore cæcos.

Lacte solutus ouis, semel atq; mārem parientis,

Expellit ueterem simili ratio: podagram,

Et fessas reficit sub anbulo pectore fibras.

Hoc quoq; nephretici sanescunt unguine renes.

Debet in argento mixtus uitroué reponi,

Iciunoq; dari sic utile fit medicamen.

At resolutus aquis cotis sibi fragmine mixto,

Et porrectus ei tibi quem decreueris hostem,

Vt lauet inde suam quasi pro medicamine frontem,

Obducet miseris extincto lumine uultus.

Si potum dederis uomito pulmone peribit.

Hic totus niger est, sed non nigra tota potestas,

Candida cum prodest, dum ledit nigra uocetur.

Glossa. Medus à regione Medoru ubi plures inueniuntur

nomina

nomen habet, ut scribit Albertus. Plinius aut à Medea fabulosa Medium dicit vocari. De Media habes apud Strab. li. ii. Isido. aut Mirriten noiat, quia mirrhæ color Mortis dator atq; salu.) Est duplicitis (est in eo. potentiæ Medus, bona scilicet et mala. Nā tritus in coctura medicinali cū lacte mulieris, q̄ semel puerū primo partu ædedit, et unctus, albugines ocolorū curat, et oēm illorū dolorem, Podagricos eodem modo, cū lacte ouis quæ semel genuit masculum, curat. Verum si quis ex eō biberit, pulmone in euoniet, Sic notauiimus ex Dioscor.

Veterem podagram) Quæ aliter nequit curari iuxta illud Ausonij:

Non est in medico semper recluetur ut æger.

Interdum docta plus ualet arte malum.

Tollere nodosam nescit medicina podagrum,

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Nephretici dicuntur, quibus dolent renes. Nephritis enim passio renum est seu morbus, qui inter acutos numeratur, Vide L. Cœlium lib. 2. cap. 36.

Debet in argento) Hoc medicamen preparatū habebas in uase uitreo uel argenteo, iuxta Dioscoridem.

Cotis fragmine mixto) Et cotis alia uis est: nam fricatione illius probabet augmentari mamillas puellarum ante tempus, et testiculos puerorū, quia infrigidat, sic Auicen.

Non nigra potestas) Id est nō mala & infelix extow, quia rite uteribus cōducit, Vide tamen Eras. Chiliad.

MARBODEVS DE

In prouer. Albus an ater sis nescio: ubi solito more quid
albus, quid niger color significet, digito monstrat.

ONIX CAPVT. XLVI.

De Onice Plin.lib.37.cap.6. Galen.lib.9. cap.11.
Siluat.Pandect.cap.453. Albert.lib.2.cap.13.ubi onix
et onicha tanq; diuersi lapides ponuntur, cum tantum
unus sit.

A Collo suspensus onix, digito ue ligatus.
Insomnes lemures, et tristia cuncta repellit:
Multiplicat lites, et commouet undiq; rixas.
Dicitur in pueris multas augere saliuas.
Hanc quoq; dant nobis Arabes, dat et India gemmā:
Haec etiam quinas species perhibetur habere,
Sardius at praesens si sit tibi non nocet onix.

Glossa Onix lapis dictus, q; habeat in se permixtum can-
dore in similitudine unguis humani. Græci enī unguem
dicunt onicen, sic testatur Isidorus. Platearius aut, O-
nix inquit, genus gummi est, fluens ex arbore que onia-
cha dicitur, quod postea indurescit in lapidem, sicut de
succino legitur, Hinc lapidi hoc nomen impositum.

Quinas habet species) Indica onix corneam, igne-
am, nigram, cingentibus candidis uenis et oculis modo
interuenientibus, scribit Plinius.

Hæc gema infirmo apposita oculo, sponte sua, qua-
si sensata res intrat sine lesione, circuitq; oculum, et
omnes partes interius penetrat, quosq; contrarios uiderit
esse

esse humores prorsus excutit, Sic Platearius.

ORITES. CAP. XLVII.

De Orite Plinius lib. 37. cap. 10. Vincentius lib. 9.
cap. 89. Albert. lib. 2. cap. 13.

LAETIFROS morsus niger atq; rotundus Orites
Quos fera, uel cornu, uel saeuo dente peregit,
Cum roseo mixtus perfecte curat oliuo.
Per uastos Heremos interq; feras gradientes,
Illatos seruat morsus abigendo ferarum.
Hic uiret & maculas habet albas, alter Orites
Altera pars cuius crebris magis aspera clavis,
Altera leuior est corpus quasi lamina ferri,
Hic facit appensus ne fiat foemina prægnans.
Si fuerit prægnans mulier cito fundit abortum.

Orites uocatur à quibusdam syderites, q; ignem non Glosse
sentiat, dicit Plin. lib. 37. Tres habet species, quarū una
est nigra & rotunda, alia uiridis maculam habens al-
bam, Tertia cuius pars altera aspera est, altera plana, et
est color quasi ferrilamina, Verba sunt Alberti.

OPHTHALMIUS Cap. XLVIII

De Ophthal. Albert. li. 2. cap. 13. Anglicus lib. 16.

AVertens oculis morbos Ophthalmius omnes,
Afferitur furum tutissimus esse patronus.
Nam se gestanti uisus conseruat acutos,
Ac circumstantes obducta nube recondit,
Ut spoliare domos possint impunie latrones.

MARBO DEVS DE

Ophthalmius nomen à patria habet, testis Isidorus,
varijs coloribꝫ distinctus est, sed tot uirtutes habet quot
colores, ut idem.

PANTHERVS. Cap.XLIX.

De Panthero Speculum naturale lib. 9. capite. 20.
Albert. lib. 2. cap. 14. Barph. Angli. lib. 16.

Pantheron multos testantur habere colores,
Nam niger & rubeus, uiridis, pallensq; uidetur,
Purpureus, roseusq; simul, sparsimq; colores
Hos habet, & uario distinctus stemmate uernat.
Expedit hunc ortu quam primum sole uidere,
Ut uictor possis omnes exire per actus.
Ipso nang; die poterit te uincere nemo.
Pantheram patet esse feram diuersi coloris,
India quam dignit, cuius pauefacta draconum
Voce fugit rabies, quam bestia contremuit omnis,
Huius ad exemplar, sic est lapis iste uocatus.

Glossa Tot uirtutes habet Pantherus, quot colores, ut in
lib. de natu. rerum scriptum est.

Bestia contremuit omnis) Ferunt odore earum mire
sollicitari quadrupedes cunctas, sed capit is toruitate ter
reri. Quamobrem caput occultant, & pulchritudine
reliquae partis bestias ad se inuitant, & sic inuitatas ar
ripiunt ad deuorant, Hæc Plini. lib. 8. capi. 17. Vnde
Poëta dicit: quam bestia contremuit omnis.

Cuius uoce rabies draconum fugit pauefacta) Dicia
tur

LAPIDIB. PRETIOSIS. 46

tur hoc animal infestū esse draconi, et ob hoc Panthere uocem draconem fugere in latibula antrorum. Hæc Alberius de nat. ani. lib. 22.

P Y R I T E S. Caput L.

De Pyrite Albertus lib. 2. cap. 14. Plin. lib. 37. cap. 11. Solinus cap. 50. Gale. lib. 9. cap. 4. Apud Albertum corrupte legitur Perithe uel Peridonius.

CVI furuus color est, cui nomen ab igne Pyrites
Se uetat astringi, pertractariq; recusat,
Tangit uult leniter, pauidaq; manu retineri,
Nam pressus nimium digitos stringentis adurit.

Pyrites caligines oculorum purgat, duriciem mol- Gloss.
lit, & digestionem facit, addita resina carnes peræquat.
Sic Dioscorides. Furuus color) Id est nia-
ger, ut Festo Pompeio placet lib. 6.

P E A N I T E S. Caput. LI.

De Peanite, Plinius lib. 37. cap. 10. qui Peantitem no-
minat. Solinus cap. 14. Anglicus lib. 16. Albert. lib. 2.
cap. 14. sed Peranites scribit.

Gignitur in Macedum regione lapis Peanites,
Fœminei sexus referens imitando labores,
Sed quibus ex causis, dubiū, nā tempore certo
Concipit & parit, & parientibus auxiliatur
Ultima quas uexat dubijs discriminis hora.

Peanitem quidam gemonitam appellant, ait Pli- Gloss.
nius, & species ei est aquæ glaciatae.

MARBO DEVS DE

In Macedum regio.) In Macedonia iuxta monu-
mentum Tyresiae inuenitur. Plinius.

PRASIVS. CAP VT. LII.

De Prasio Plinius lib. 37. cap. 8. Specu. nat. lib. 9.
cap. 91. Albertus lib. 2. cap. 14.

Conspicuus Prasius gemmis solet annumerari,
Sed non est charus contemptus quippe decorum,
Vtile nil confert, nisi quod uiret et decet auro.

Altera sanguineis species est illita guttis, .

Tertia candidulis tribus est inscripta lituris.

Glossa Prasius colorem habet qualē prasion, hoc est Mar-
rubium, unde tale nomen sortitur, Albertus.

Expertum est q; confortat uisum, et quasdam Iaspia-
dis, et quasda Smaragdi habet operatioes, sic Albert.

SAPHIRVS. CAP. LIII.

De Saphiro Diosco. lib. 1. ca. 145. Plin. lib. 37. cap.
9. Gale. li. 9. ca. 19. Alber. lib. 2. ca. 7. Arist. in lap. suo.

SAphiri species digitis aptissima regum,
Egregium fulgens puroq; similima cœlo,
Vilior est nullo uirtutibus atq; decore.

Hic et syrties lapis a plenisq; vocatur,
Quod circa syrtes Lybicas permixtus harenis,
Fluctibus expulsus seruente freco reperitur.
Ille sed optimus est quem tellus Medica gignit;
Qui tamen asseritur nunq; transmittere uisum,
Quem natura potens tanto ditauit honore,

vt sacer

Vt sacer & merito gemmarum gemma uocetur.

Nam corpus uegetat, conseruat & integra membra,
Et qui portat eum nequit ulla fraude noceri,
Inuidiam superat, nullo terrore mouetur.

Hic lapis, ut perhibent, educit carcere uinculos,

Obstrictasq; fores, & uincula tacta resoluit,

Pacatumq; Deum reddit, precibusq; fauentem,

Fertur et ad pacem bonus esse reconciliandam,

Et plus q; reliquias amat hanc necromantia gemmam,

Vt diuina queant per eam responsa moueri.

Corporeis etiam morbis lapis iste medetur,

Scilicet ardorem refrigerat interiorem,

Sudorem stringit nimio torrente fluentem.

Contritus lateri super illitus ulcera sanat,

Tollit & ex oculis sordes, & fronte dolores,

Et uitios linguae simili ratione medetur.

Sed qui gestat eum castissimus esse iubetur.

Syrtes duo sunt sinus Africani maris disparim ag
Glossa
nitudine, sed pari periculo, inquit Salustius.

Fluctibus expulsus) Vento ibi contrahuntur harenæ,
Scribit idē, unde locus fit uadosus accidente cumulo ha-
renarum Lybicarū, in quibus, ut Poëta uult, Saphirus
reperitur, quia sic medium maris accessibile efficitur.

Medica tellus) Medicam regionem describit Strato
bo Geog. lib. 11. Et Plinius lib. 6.

Nunq; transmit. uisum) Nam densus est non pellu-
cidus

M A R B O D E V S D E

cidus, Isidoro testate, nisi aliud Poëta innuat, quod est colligere ex lib. de nat. rerū, ubi sic inuenio. Nunquam quantumcunq; purus sit Saphirus imaginem in se ut speculum ostendit.

Vt uocetur sacer) Tantæ autoritatis fuit lapis iste apud ueteres, ut Appollini sacratum dixerint, Vnde gentiles cum pro responsis deum sacrificiorum tempore consuluerunt, certificari cito putauerunt si Saphirum in præsentia haberent, Hæc Dioscorides. Vnde subiungit Poëta, Ut diuina queant per eam &c.

Necromantia hunc amat) Magi singulariter diligunt hanc gemmam, dicit Anglicus, quia ad eorum opinionem per ipsius uirtutem quedam mirabilia operari possunt, quod Poëta scribit satis dilucide.

Ardorem interiorem refrigerat) In febribus incertiuis refrigerium præbet, si iuxta uenas cordis pulsiles suspendatur, Dioscorides.

Sudorem stringit) Virtutē habet fluxus sanguinis restrictiā, unde si tēporibus apponatur, solet restrin gere sanguinem de naribus profluentem, Sic Dioscor.

Super illitus lateri) A postematum reprimit inflatum, si principio inflatiōis apponatur, Idem autor est.

Tollit & ex oculis) Sed mult Dioscorides prius in frigidam aquam ponit.

Castissimus esse iubetur) Nam castitatis amatrix dicitur saphirus, ait Isidorus.

Item

Item uim habet ueneno contrariam, unde si araneā infra pixidem posueris, & uerū saphirum supra pixidis orificium aliquandiu, aranea eius uirtute uicta perit. Hoc dicit insignis auhor Dioscorides.

SMARAGDV S. Cap. LIII.

De Smaragdo Plinius lib. 37. cap. 5. Solinus ca. 24. Serapio cap. 384. Albertus libro. 2. cap. 17. Isidorus libro 14. capite. 3.

OMNE UIRENS SUP AT FORMA UIRIDATE SMARAGDUS,
Cuius bis quinæ species binæq; feruntur.
Sunt etenim Scythici, Bactriani, Niliaciq;
Sunt & qui uenis nasci perhibentur in æris,
Quos maculis uitiosa notat natura metalli.
Sunt Carthaginis, reliquos piget enumerare.
Præcipuus Scythicis honor est & gratia maior.
Griphibus eripiunt seruantibus hos Arimaspi.
Quos uisus penetrat formæ potioris habentur.
Quorum luce uirens uicinus tangitur aër,
Quos neq; sol mutat, nec clara lucerna, nec umbræ,
Strata superficies quibus est uel concava forma,
More iacentis aquæ uulcum spectantis adumbrant,
His usum speculis testatur fama Neronem,
Cum gladiatorum pugnas spectare libebat.
Optimus his situs est quorum sunt corpora plana.
Commodus iste lapis scrutantibus abdita fertur,
Cum prescire uolunt aut diuinare futura.

MARBODEVS DE

Auge tonos idem sese reuerenter habentes,
Omnibus in causis dans persuasoria uerba,
Tanquam facundi uis sit sermonis in illo:
Collo suspensus dirum fugat Hemitriteum,
Et sanare potest ipsa ratione caducos,
Emendat fessos uiridi mulcedine uisus,
Et tempestates auertere posse putatur.
Fertur lasciuos etiam compescere motus,
Proscit in uiridi magis, acceditq; colorem
Ablutus uino aut uiridi perunctus oliuo.

Smaragdus à nimia uiriditate dictus est, nam omne
satis uiride smaragdum dicitur, quod Isidorus ait.

Omne uirens superat) Etiam herbas uirentes, & circa se uiriditate nimia aërem repercutsum, neq; illius uiror in sole aliquo modo obumbratur, ut Plin. ait.

Bis quinque species) Duodecim enumerantur genera
Smaragdi apud scriptores, præcipui tamen Scythici,
q; nullis minus uitij inest, qui quantum smaragdi à cæteris gemmis distat, tantū isti ab alijs smaragdis. Hinc
Bactriani, quibus altera laus est, quos in commissuris
saxorum Etesijs flatibus colligunt, tunc enī detecto so-
lo internitent, quia his uentis harenæ multum mouen-
tur. Tertium locum Niliaci, hoc est Aegyptij tenent,
qui eruuntur circa Copton opidum Thebaidis in col-
libus & cauitibus, reliqua genera in metallis ærarijs
inueniuntur. Si narrationis fidem queris, lege Pliniū

lib. 37. cap. 5. unde hec supra posita excerpta inuenies.

Scythici) Scytha rum regio septentrionalis est ab India ad Germaniam porrecta, De hac & Bactris in Asia legit Strabo. lib. 2.

Niliaci) Id est Aethiopici, quia Nilus Aethiopiae fluuius est, de hoc uide capite. 31. in scholijs.

Carthedonij) q̄ est Carthaginenses. Carthago enī & Carthedon est dicta à conditore Carthedone. Eius meninit Appianus.

Arimaspis) Scythiae populi sunt unoculi, scribit Herodotus, qui assidue prælantur cum Gryphis, ferarum uolucri genere eruēte ex cuniculis mira cupiditate aurum, ut Plinius, Ita nuncupatos afferit idem Herodo. quia illarum gentium uocabulo arima unum significat, s̄p̄ uero oculum.

Quibus est strata superficies uel concava forma) Hoc est, qui non ex toto æqualitatem habent, uulcū spestantis adumbrant, quia tunc una pars obumbrat alia dicit Albertus.

His usum speculis) Smaragdis enī nihil iucundius, nihilq; utilius uident oculi. Nam fatigatos obtutus coloris lenitate reficiunt, & quos alterius gemmæ fulgor restuderit, Smaragdi recreant, Solinus.

Corpora plana) Optimos sortiuntur situs quibus planicies est resupina & extenta, ait idem.

Optimus situs) Ferunt nang; in Cypro insula, in tu-

G mulo

MARBODEVS DE

mulo Reguli Hermæ iuxta Cetarias Leonimarmos
reo inditos oculos Smaragdinos, ita (propter bonū sitū
hoc est planiciem resupinam) radiantes in gurgitem, ut
piscatores territi refugerent, scribit Vincentius.

Reuerenter habentes) Expertum est q; Smaragdus
non fort coitus immundiciem, quia rex Vngariæ in coi-
tus hora cum uxore sua Smaragdū habuit, qui in tres
partes diuisus est propter hoc, quia ad castitatem se in-
climat, Albertushæc scribit.

Hemitriteus est semiteriana febris, quæ fit ex Cole-
ra putrefacta extra uasa, & nō collecta ad Apostemæ,
dicit Anglicus.

Sanare caducos) Si ponitur ad Epileticu caput sma-
ragdus, iuuat, quādo super arteriam calorem eius tem-
perat, inquit Aristot.

Qui dederit in potu, de limatura eius lapidis pōdus
.8. granorum ordei huic qui sumpfit uenenum, anteq
ficerit impressionē, liberat eum à morte, & nō cadent
capilli eius, neq; excoriabitur, ut est Pandect. cap. 476.

SARDIVS. Caput. LV.

Sardam uocat Albertus. lib. 2. cap. 17. quem debuit
Sagdam nominare, hunc uero Sardinium. Plinio dici-
tur Sardalib. 37. cap. 7. Barpih. Angli. lib. 16.

S Ardius à Sardis est à quibus ante repertus
Sortitus nomen, rubei solet esse coloris.

Hic inter gemmas uilissimus esse putatur,
Præter fulgorem cum nil ferat ualoris,

Excepto q̄ Onix nequit hoc presente nocere.

Huic quoq; dat quinas species studiosa uetus.

Sardis pluraliter urbs est Lydie, regia Cresi, prae= Glossa
clara quidem, Huius mentionem facit Strabo Geog. 13.

Onix lapis qui multiplicat lites, & commouet un=
dig; rixas, ut habetur supra cap. 46.

Quinas species habet, sed inter illas utilior est quæ
mittitur à Sardis. Gaudiū enī incendit, expellit timorē,
audaces reddit atq; mentē acuit. Ab incātatiōibus quoq;
et maleficijs tuetur, si Diosco. credendū. In lib. de nat.
rerum, legitur q̄ fluxum sanguinis ut Corneolus sanet.

Circa Leucadiā Epiri quoq; inuenitur hic lapis, et
circa Aegyptū. In his aut̄ mares excitatiū fulgent, fœ=
minæ uero pinguiores sunt, & crassius nitent. Plin.

SARDONIX. CAP. LVI.

De Sardonice Plinius li. 37. cap. 1. & 6. & 12. Solinus
cap. 45. Albert. lib. 2. cap. 17. Aristot. in lap. suo.

SArdonicem faciunt duo nomina Sardus Onixq;,
Tres capit ex binis unus lapis iste colores,

Albus & hinc niger est, rubeus superenūnet albo.

Ipsum distribuunt species in quinq; magistri,

Sed quasi tres puro s impermixtosq; colores

Sic in se retinent, distent ut limite certo,

His honor amplior est, & eorum forma probatur,

Densior & raro plus fertur habere decoris.

Hic solus lapidum c. eram conuellere nescit.

MARBO DEVS DE

Hic humilem castumq; facit, multumq; pudicum,
Cuius uirtutes alias reperire nequiu*i*,
Partibus hunc nostris Arabes, sed & India mittit.

Glossa Albus hinc niger) Cœperunt pluribus hæ gemme
intelligi coloribus, dicit Plinius, radice quidem nigra,
medio candido, uertice non sine quadam specie purpu-
ræ, candore in minium transuente.

In quinq; species) Inuenitur quinq; modis Sardo-
nix, & forte pluribus, propter diuersam colorum cō-
mixtionem, & substantiæ densitatem, dicente Alberto.

Distent ut limite) Et laudabilior est qui colores ma-
gis habet distinctos, Albertus.

Ceram conuellere nescit) Sardonix optimus est ad
sigilla, quia nil ceræ tenet, quod scribit Helinandus.

Hac gemma Polycrates tyrānus ab inuidia fortune
se redimere credidit, projecta ipsa i mari, quæ à pisce
eo die capto, regiq; in culinam deportato, relata est, di-
cit Plinius lib. 37. cap. 1.

Arabia & India mittit, patet ex Plinio Arabicarū
& l. licarum argumentum: Arabicæ inquit, excellūt
candore circuli prælucido, sed non gracili, neq; in re-
cessu gemmæ, aut in deiectu renitente, sed in ipsis um-
bonibus nitente. At hoc in Indicis cæreum aut cornel
inuenitur, etiam circuli albi, quædamq; cœlestis in ijs
arquus anhelatio est, lib. 37. cap. 6.

Dominum illius lapidis oportet esse humilem &
prudentem

prudentem, sic est in libro de natura rerum.

SELENITES. Cap. LVII.

De Selenite Dioſcorides lib. 5. Plinius lib. 37. cap. 10. Auicenna lapis lunæ dicitur lib. 2. cap. 412. Solinus cap. 50. Albertus lib. 2. cap. 17.

Nec Selenitem fas est omnino taceri,
Quæ uelut herba uirens et Iaspidis æmula gēma,
Lunares motus & menstrua tempora seruat,
Crescit enim luna crescente, minorq; minuta
Efficitur, tanquam cœlestibus anxia damnis;
Iccircos sanctus lapis à plerisq; uocatur.
Dicitur esse potens ad amorem conciliandum,
Languentes etiam Phthisicos iuuare putatur.
Toto gestatus crescentis tempore lunæ,
Nec minus & toto per decrementa fluentis
Effectus miros & commoda plurima præstat.
Hanc autem gemmam memorant in Perside nasci.

Selenites, quia imaginem lunæ habet, sic uocatur, σελήνη enī lunam significat latine, uide Plin. 37. ca. 10. *Glossa.*

Velut herba uirens) Ex candido translucet melleo fulgore. Plinius.

Menstrua tempora) Hoc est quæ sunt mensis unius, quia luna octo & uiginti prope diebus totius zodiaci ambitum conficit, qui mensem integrum faciunt, Ma- crobius in som. Scipio. lib. 1. A' mense autem deducitur adiectuum menstruum, ut menstruum opus, quod est o-

MARBODEVS DE
pus unius mensis, Perottus.

Phthisis est cōsumptio naturalis in humore corporis ex ulcere pulmonis proueniens, sit aliquādo ex reumatice à capite distillante in pulmonem quē repercutit, et repercutiendo cauat, & ulcerat. Aliquando ex nimia pulmonis siccitate: nonnunq; ex sanguine, cum in pulmone rumpitur uena, & eius fluxus in sanie conuertitur. Barpth. Anglicus.

Cōmoda plu. prāstat) Nam qui portat eū fertur habere pr̄escentiā quandā futurorū, si sub lingua portetur, pr̄cipue prima luna et decima existente, sic scribit Albertus. At Vincenitius in Spec. nat. ait: Ista duo uocabula gemmarū Chelonites et Silenites uidetur confundi, & unū loco alterius sumi, uitioq; scriptorū corrumpi. Nam eadem ex parte hic dicuntur de Selenite que superius dicta sunt de Chelonite.

SAGDA. CAP V T. LVIII.

De Sagda Plin.li.37.ca.10. Solin.cap.10. Albert.
ll.2.ca.17. sed p̄perā Sarda ibi legitur. Vincē.li.9.c.9r.

Difficilis gemmas super omnes Sagda repertus.
Nunq; sciretur nisi se daret inueniendam.
In medio siquidem natus lapis iste profundo,
Naues ui quadam petit ē regione meantes,
Et pr̄elabentis tabulis hærendo carinæ
Ad portum uechitur, merx ignaris data nautis.
Est autem morsu tabule sic fixa tenaci,

Quod

Quod nequit abrasa ligni sine parte reuelli.

Huic Prasinus color est regio Chaldaica tellus.

Morsu tenaci) Sicut Magnes ad ferrum se habet,
ita Sagda ad lignum. Albertus.

Prasinus color, Id est uiridissimus, ut Siluat. Pan-
decta. cap. 579. à colore foliorum porri. Prason enim
græce, latine porrum. Ibidem.

Chaldaica tellus) Caldæa est regio orientalis, que
et Babilonia dicitur, ab urbe Babilone, de hac Strabo
Geogra. lib. 15.

TOPAZIVS. CAP. LIX.

De Topazio Plinius lib. 37. cap. 8. Albertius lib. 2.
cap. 18. Isidorus lib. 16.

Nominis eiusdem Topazion insula gignit,
Qui quanto rarus, tanto magis est pretiosus.

Hic species tantum binas perhibetur habere.

Alterius puro color est uicinior auro.

Clarior alterius tenuisq; magis reperitur.

Fertur Hemorrhoicis idem lapis auxiliari.

Quodq; magis mirum limam sentire putatur.

Feruentes etiam compescere dicitur undas.

Gignit et hunc Arabum gemmis ditissima tellus.

Nois eiusdē) Iuba rex Mauritanie, in mari rubro Glossa.
multas inuenit insulas, et inter eas unā quae Topaziō
uocatur, uide Stra. 16. In insula aut cui nomē est Chitis
Trogloditæ prædœs, cū diutio famæ et tempestate pressi

MARBO DEVS DE

herbas radicesq; effoderet, eruerunt Topazion, quæ
rendo herbas. Topax in enim Trogloditarum lingua
significationem querendi habet, scribit Plin. li. 37. ca. 8.
Qui quanto rarus) Hinc Octavius Cleophilus ait:
Optima quadruio non inueniuntur in omni
Nobilius, quanto rarius omne uides.

Hic species binas) Duo eius genera faciunt, Praesoi-
den atq; Chrysopeteron, similem Chrysoprasio, eius enī
tota similitudo ad succum porri dirigitur. Hæc Plinius.

Hæmorrhœcis) Id est fluxum sanguinis patiētibus,
Hemorogia enim ut Hemorosagia sanguinis fluxus est
uel discursus, & Hemorogida ani ægritudo proueniens
à fluxu sanguinis illius loci, sic Siluat. Pandect. ca. 237.

Limam sentire) Est amplissima gemmarum, & ea
sola nobilium limam sentit, Ceteræ lasso et cote polium=
tur, hæc et usu alteritur, si autorē queris Plin. legas. 37.

Compescitur unda) Topazion cum ponitur super
hominis uulnus, cessat fluxus: q; si super aquā bullien-
tem, ampulla eius cessant, Aristot.

Arabum ditiss. cellus) Est Arabia triplex, deserta
quippe, petrosa, & felix, quæ, ut Dionysius scribit, ad
orientem & austrum spectat, rubro alluitur mari, utq;
Solinus ait. Arabia sacra interpretatur, propter odores
quos plurios creat. De hac scribit Plin. lib. 12. Strabo

Iram sedat Topazion & tristitiam, ua- (lib. 16.
letq; contra noxios motus, frenesim & morte subitaneā,
ut Diosco.

LAPIDIB. PRETIOSIS. 53

TECOLITHVS. CAP. LX.

De Tecolith. Plin.lib.37.cap.10. Solinus cap.10.

Albert.lib.2.cap.3. sed pperam ibi scriptū est Cegolites.

TECOLITHUS nucleo similis perhibetur oliuæ,

Aspectu uilis, naturæ ui pretiosus, (stus,

Nang; solutus aquis, et ab his qbus expedit hau-

Dicitur esse potens lapidosos soluere renes,

Vesicæq; simul purgare dolentis harenas.

Tecolithus) τεκόλειθος calculi lapis dicitur, oliuæ
nucleo similis. τέκος calculus, λείθος lapis est. Huius
meminit Auicenna lib.2. ubi uestice lapidem nominat.
Camillus aut lapide Iudaicū, de quo Pandecta ca.436.

V N I O. CAP VT. LXI.

De unione Plin.lib.9.cap.35. Solinus cap.66. Se-

rap.capi.397. Albertus lib.2. cap.11. Isidorus.lib.16.

Platearius in lib.de simplici medicina.

TOllitur è conchis species memoranda marinis,

Vnio dictus ob hoc, q; ab una nascitur unus,

Nec duo uel plures unq; simul inueniuntur.

Cuius ad ornatum laudatur candida forma,

Vt deceat uestes, deceat nihilominus aurum.

Conchæ temporibus certis referuntur hiantes

In cœlum patulæ rores haurire supernos,

Ex quibus orbiculi candentes concipiuntur.

De matutino fit clarior unio rore,

Ros uestpertinus fœtus solet edere fuscos.

Glossa

MARBODEVS DE

Et iuuenes conchæ dant Baccas candidiores,
Obscurat fœtus concharum grandior ætas.
Quanto rorantis fuerit plus aëris haustum,
Tanto maiorem gignit roratio baccam,
Vlra seminucem sed crescere nulla putatur.
Quod si celsa micent tonitru conuexa corusco,
Conchæ diffugiunt subita formidine clausæ,
Sic intercepto conceptio deperit hausto,
Et fit abortiuum quod coepерat inde creari.
Insignes baccas prædam maris India gignit,
Gignit & insignes antiqua Britannia baccas.

Glossa, Ab una nascitur unus) Nunq; duo reperiuntur indiscreti, Ideq; & nomen unionū Romanæ delitiae imposuerunt eis. Nam id apud græcos non est, nec apud Barbaros inuentores aliud q; margaritæ nomen, dicit Plinius, & in conchis marinis reperiatur hoc lapidis genus. Sic Isidorus.

Laudatur cädida forma) Talis autem ipsis est conchis sensus, ut partus suos timeant maculari, cum sol uretes ac feruētes orbes emerserit. Itaq; ne calore nimio fuscetur lapides, cōchæ subsidūt in profundū. Solimus.

Deceat uestes) Margaritas digitis suspendere, & binas trinasq; auribus gloria fœminarum fuit, quim & pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed & totis addebant socculis. Neq; gestare satis erat, nisi cassente etiam pedibus per uniones ambulando, Plinius.

Prædans

Prædam maris) Concha ipsa cum manū uidet se se
cōprimiri, opesq; suas operit, adeo prædē timet, gna-
ra propter uniones se peti, sed manum si præueniat acie
sua abscindit. Plinius.

Antiqua Britannia) Hoc est Britannicum mare, qđ
nunc Anglicum dicitur. Albertus.

Quod si miccent celsa conuexa) Si fulgurat com-
primuntur conchæ pauefactæ, ac pro ieiunij modo mi-
nuuntur, uitia contrahentes abortiuæ que Phycmata
à bullarum similitudine dicuntur, dicit Plin. lib. 9.

Habent uirtutem confortandi albæ & claræ mar-
garitæ, contraq; debilitatem & fluxum uentris uel san-
guinis, necnon cordiacam passionem sanant.

In febribus datur puluis earum cū zuc-
caro rosarum, Sic Platearius.

MARBODEI EPILOGVS.

Hæc ex innumeris excerpta uocabula gemmis
Sufficiant nostro uigili collecta labore,
Quæ decies senis distincta patente capitellis.

QVERELA QVOD INTER
lapides pretiosos molaris lapis tacetur.

Virtutes lapidum multi scripsere, molarem
Te quis non credat sed siluisse nefas?
Mentio nulla tui fit, te mola carmine iusto
Cur priuant docti? commoda curq; tua?
Scribit Corallum Metrodorus maximus author,
Chrysolitumq; phrasi Democritus cecinit,
Sardonicem, Prasium, Zoroastes carmine multo
Dixit, at insignem nemo Poëta molam.
Qui fit? quum decus es lapidum, quiū nobile pondus?
Quum sine te uitam ducere nemo potest.
Granum accipis, nam far reddis, tua mira potestas,
Qua faciant homines pignora cuncta sua.
Nec Veneris sunt grata adeo, nec munera Bacchi,
Ut tua quæ prodit dædala terra simu,
Idaliæ puer en oculos præstringit & aufert,
Sed molitor cunctos cæcat amore tuo.
Nil est q; uates donant mendacia rebus,
Cum titulos poscunt præterijisse molæ,
Qua sine nulla quies, sine qua nec ulla uoluptas
Perpetua est, præsens gaudia mille tenet.
Exornat digitos gemma, at tu fercula regum,
Namq; labore tuo fit mediante Ceres.

Non

Non metuis fures nocturno tempore, uel quod
Est maius, neruos Phalaridis ue minas.
Te non corrodunt mures, tu singula rodis,
Non tineas pascis, pascis at ipsa deos.
Sit sancte gemmis uirtus, sint praemia magna,
Maiora ipse lapis commoda (crede) feres.
Decipit emporem persæpe, in ponere gemma
Consueuit fuko, tu petra fraude cares.
Dignam igitur te laude molam te laude molarem
Cur quis non credat præteriisse nephias?
Cætera (blandiri uidear ne forte) relinquam,
Sii satis ad gemmas nam numerasse molam.

FINIS.

GEMMARVM INDEX.

A.

<i>Adamas.</i>	7	<i>Cristallus.</i>	24
<i>Achates.</i>	9	D	
<i>Alectorius.</i>	11	<i>Diadocchos.</i>	25
<i>Amethystus.</i>	12	<i>Dionisyas.</i>	<i>eodem.</i>
<i>Androdamas.</i>	13	E	
<i>Absinthos.</i>	<i>eodem.</i>	<i>Etites.</i>	27
<i>Abestos.</i>	<i>eodem.</i>	<i>Enhydros.</i>	28
<i>Alabandina.</i>	14	G	
	B	<i>Gagates.</i>	<i>eodem.</i>
<i>Berillus.</i>	14	<i>Gagatromeus.</i>	31
	C	<i>Galactites.</i>	32
<i>Carbunculus.</i>	15	H	
<i>Chrysolithus.</i>	16	<i>Hieracites.</i>	33
<i>Chrysoprasus.</i>	17	<i>Hienia.</i>	<i>eodem.</i>
<i>Chrysopasius.</i>	<i>eodem</i>	<i>Heliotropia.</i>	34
<i>Chelidonius.</i>	18	<i>Hephestites.</i>	35
<i>Corneolus.</i>	19	<i>Hemathites.</i>	36
<i>Calcophonos.</i>	<i>eodem</i>	<i>Hexeonthalithos.</i>	37
<i>Chrysolectros.</i>	20	<i>Hiacinthus.</i>	<i>eodem.</i>
<i>Chalazias.</i>	<i>eodem</i>	I	
<i>Chelonites.</i>	<i>eodem</i>	<i>Iaspis.</i>	38
<i>Corallium.</i>	21	<i>Iris.</i>	39
<i>Calcedonius.</i>	22	L	
<i>Ceraunus.</i>	23	<i>Lyncurius.</i>	40

GEMMARVM INDEX.

Lipares.		41	S	
	M		Saphirus.	codem
Magnes		41	Smaragdus.	48
Molochites.		43	Sardius.	49
Medus.		codem	Sardonix.	50
	O		Selenites.	51
Onix.		44	Sagda.	52
Orites.		45		T
Ophthalmius.		codem	Topazius.	52
	P		Tecolithus.	53
Pantherus.		codem		V
Pyrithes.		46	Vnio.	53
Peanites.		codem		
Prasius.		codem		

X

71